gore in concilio deorum ascendas? O caeca cupiditas. O sacra fames. O habendi nunq̄ adēquata uoluntas. O hononis & nominis interminata libido. O uorax & auara hominum mens: cui nulla regna: nullæ opes: nulla diuitiē ſuppetunt. An ī uſum unius creata ſunt omia? An tam paruus aqualiculus/ alimēta uasti orbis ſoluſ abſumeret? An agrorum fruges/ manſq; nauigia una tantū menſa uorabit? Quid miſeri coniungimus domum domui: & agrū agro copulamus: ut deflet Iſaias? Nūquid ſoli habitabimus ſuper terram? Cur tam inflammato ſtudio ad ea ſuſpiramus? quibus nunquam ſariari faſt eſt? Sicim non extingunt iſta: ſed acuiſq; appetitum non explent: Sed longius protrahunt. Ad iſta nati non ſumus: ideo maiora cupere nunq̄ deſinimus: nec animus ualet alicubi conſiſtere: quoniam alio eſt deſinitus. Incorruptibilis corruptibilibus: Diuinus humanis: Cæleſtis terrenis: Sacer phanis impleri nō poteſt, Solo deo/ glorioſaq; īmortalitate: quorū gratia natus ē: pōt eſſe beatus, Quod certe poſt multos errores/ nūc manifeſte uidit diuus Aurelius primus huius noſtrę religionis patēs! cū in cōfeſſionū

Auguſtinus
ī cōfeſſio
nibus

Ysa. 4. Ve q̄ cōſignatis
domus ad dom

al propiis. r. m. m. d. s. z. c.

libris claram hanc uocem emisit: Fecisti nos
ad te deus: & inquietum est cor nostrum do-
nec requies eat in te. Et alio loco hisdem li-
bris cum declararet uniuersa mortalia labo-
rare fastidio: & quidem quotidianis rempe-
statibus frangi: Verfa inquit atq; reuerfa in
tergum: & in uertrem: & i latera: & dura sūt
omnia: & tu solus requies. Est sane (ut iqt)
irrequietus animus: & semper in fluctibus:
quem terrena delectant: & paruū ei & an-
gustū totius orbis ipeium: cui nunq̄ deus
est satis. Ad ea uero si adducat animus: in
quæ quiescit: eamq; regionem & caelestem
fulgorem: unde (ut ita dixerim) decerprus
est: semp̄ intueat: & eo q̄tum natura hæc fra-
gilis patit̄) ex hoc exilio ire se patet: regna
bit in angusto tugurio paup̄: & in paruo la-
tibulo: & humili casula: etiā uasti orbis spa-
tia transgrediet̄: eiq; erit ubiq; parua: ubiq;
domicilium: ubiq; latissima cunia: quoniā
ubiq; in se deum habebit: & ubiq; extra se:
unde cælum aspiciat: & quocunq; se moue-
rit comites secū habebit omnes turbas uir-
tutum. Prominebit: & tanq̄ ex alto in fenio-
ra despiciet: ac (ueluti superiore) quadam in ar-
ce positus: omnia sua in tuto habens: nihil

No.

Cunales q̄d Romani
Cæc. Cæc. Cæc.

formidabit humanū. Nū ei deent amictus:
nō equis nō uehiculū: nec alterius cuiusuis
rei idigebit: sed neq; prædonē: neq; exiliū:
neq; bellū trepidabit: rātaq; uires habebit:
ut omnibus resistat: quoniā fortuna ab eo
nihil potest arripe: cui nihil mutauit: neq;
uis ulla quempiā terreat: qui magis ad na-
turæ legē q̄ ad uulgi opinionē / cōmunēq;
errorē uitā ducit. Latiores aspicias paupe-
res: quibus nulla est unq̄ dominata cupidi-
tas: q̄ locupletes: qui auidius infinita possi-
deant. Viuebat i dolo Diogenes multo fe-
licius: q̄ Alexander i regia: & cōcaua manu
potauit aquā multo iucūdius: q̄ rex iste ui-
na pretiosa capacionibus sciphis. An paup̄-
ratē extimuit Anacharsis scytha: cuius epi-
stola ad Crælū extat his uerbis: Ego lydo-
rum rex i graciā ueni: græcorū mores & stu-
dia & instituta percepturus. Auro aut̄ nihil
egeo: satisq; mihi est ad scythas reuerti me-
liorē atq; doctiorē. Et quē Hānoni eximia
quedā munera ei offerētī respōdisse ferunt:
Munera aut̄ ista: quibus es delectatus: uel ciui-
bus tuis: uel diis immortalibus dona. Verum
& Socrates ipse non ne potuit diuitias pro
nihilō ducere: q̄ cū magno pōdere aurū ar-
di

Diogenes.
Alexander

Anacharsis
Cresus
Epistola

Socrates

gentiq; donare: tam multa nō desidero inquit, Cūq; interdū nō nulla uenalia uel noua uel pretiosa uideret: subridens diceret:

Antisthenes .Ihs ipse nō egeo, Antisthenem quoq; qui prior sectā cynicā inchoauit: oīa sua publice distribuisse legimus: tantūq; sibi paliolū quo opiebat̄: referuasse, Cratem Thebanū quod mirabilius ē: magna ui pecuniā i mari proiecta: Abire dixisse malæ cupiditates.

Attilii duo Ego uos mergā: ne ipse mergar a uobis. Nō referā Attiliū primū: aut alterū: primi belli punici gloriā. Nō Valeriū Publicolam. Nō Aemiliū. Nō Fabritiū. Nō Cincinatum. Nō Curiū: Nō Scipionē. Nō Scaurū: q; Romano ipso decon & nomini fuere: magis paupra te: q; armis: magis cōtinētia: q; insignibus cōsularibus: cur hi oēs potuerūt ista cōtēnere? & tā alto atq; eminenti aīo calcare: nisi q; ui debāt iucūdiore esse uitā frugalitate: q; multatū renū luxuria: atq; pulchrius ipate diuitibus: q; diuites fieri: Et paupratem non ita subitici temeritati: relisq; fortunæ: ut renū copriā & potētissimorū hoīum gradū? Solāq; uirtutē impreddabile esse: & illesā: cetera omia præter illā inania: atq; caduca. Nō igit̄ inie se opes: non carnis illecebra: non habitū ho-

Cōclusio

nore: atq; magistratus. nō dignitates: non scepra: nō ifulæ: nō sup uniuersas orbis terrarū nationes ppagatū imperiū: nō deniq; quod speciosū mūdus falso pmittit: beatos nos efficit: sed neq; oīa simul sufficiūt ad uerā unius diei solidāq; lætitiā. Multo plus macerāt: urgēt: laniāt: fallūt: excruciant: perdūt: q; iuuēt: adulent: ac palpēt. Quare si quis est: q; ratione utat̄: q; uelit homo nūcupari: q; de sua salute curet: ac cogitet aliquando: necesse est: aut hæc uniuersa cōtēnat: aut cōtemnentis certe se simile præster. Quod si nō bi iā sat̄ cōstare fatens: locus ē: ut inanibus gaudiis: falsis: adūbratisq; modū imponamus: diēq; posterū certū: ac salutaribus defignemus. **SE.** Quas possū gratias ago deo meo optimo: maximo: nōbiq; pater: q; hunc diē felicē & faustū mihi reddidisti signādū certe: anuis notis: alboq; lapillo. **MA.** Facis ex consuetudine tua: ut oīa mea tibi sint cara: ac pretiosa. Sed quoniā elapsū ē id: quod nobis ocii dat̄: nunc radē redeamus ad religionis: cōsueta negocia: finisq; oratiōi det̄.

PRIMA
DISPVATIO
FINIT.
di

quod & sola uirtute ne pbitur oritur
et salubri

SECUNDA DISPUTATIO
INCIPIIT

MA.



MONIAM SATIS TI
bi uisum est disputatū sermo
ne superiore Seraphim frater
quemadmodū nulla sint: aut
certe inania cūcta seculi huius
oblectamēta: supest: quod ante pmisimus:
ut secūdus hic dies de uero bonorum gau
dio: quod ex sola uirtute ac pbitate ont:
initium dicendi faciat. Quod eo uehemen
tus te cupe arbitror: quo fere ab ipsa ineun
te arate una cū parentibus tuis ingenii ani
miq; tui præclaris auctoribus: deinde sūpra
religionis toga: & Christi militiā ingressus/
caste semp & sobne & religiose uixisti. De
bet. n. fructus industriæ tuæ laborumq; tuo
rum tibi speciosissimus esse: ac benefactorū
uitæq; innocēter actę recordatio iucundissi
ma. Me uero (q; eo tēpore: quo Timotheus
noster ueronensis præco uerbi dei sūmus ite
primum suis sãctissimis manibus ad tyroci
niū accepit: ad igrediendā huius uitæ rōnē
tibi quādoq; calcar icussisse glorian possū:
ac deinceps adolescentiā tuā instituisse: no

Timotheus

lo rei terreat difficultas: que qdē erit nō exi
gua. Nā fructus recensere uirtutis / solatiaq;
uitæ sãctissimæ: uis quēdā est diserti & emi
nētis ingenii. Nihil est. n. ex omibus / qbus
efficit uita beata) grauius, magnificentiusq;
susceptu: q̄ id genus differendi assumere:
quod reginam omnium rerum uirtutē / atq;
principē celebrat. Tale ramen est: ut quanq̄
prei dignitate minus elaboratum sit: non
parum ppterea in se momenti ac suauitatis
existimeť habiturum. Quæ res cum ita sit:
iam dicendi locū sumat oratio. Tuq; prior
interroga. **SER.** Quoniam mihi interrogā
di facis arbitriū. non mihi uideť uir tempe
rās ac sapiens / posse ullo gaudio frui. **MA.**
Et improbus quidē hesterna disputatione
uidebat̄ tibi: nisi forte ueni inueniēdi causa
id contendebas. **SER.** Feci id sane / cum ea
de causa: tum uero quoniam sic aliquoties
esse uidebat̄. Verū cum tu omnes seculares
illecebras aī letitia uacare ostēderis: multo
firmius adiudico / uirum sanctum / atq; pru
dentem. hãud posse ī uita letari. **MA.** Quā
obrem? **SER.** Diuina ferme scriptura id af
firmate multis ī locis. **MA.** Quibus? **SER.**
Iis sane quos frequēter habes in ore / atq;
d.iii.

Q. ut uis tēpans
sapiens possit ullo
dno frui.

Job

Seraphim oppio dispu

2. d. 1. 1. 1. 1.

Euāgelia

prædicas: ut euangelicus ille: ubi passuros
discipulos dominus præmonet: Plorabitis
& flebitis uos: mūdus autē gaudebit. Atq;
ubi inq̄r: Qui uult uenire post me abneget
semet ipsum: & tollat crucem suā: & sequa
tur me. Itemq; ardua est uia: quæ ducit ad ui
ram. Ex hoc numero est etiam Dauidicum
illud lugubre carmen. Lauabo per singulas
noctes lectum meum: lachrymis meis stra
tum meum rigabo. Et alterum altero ī psal
mo. Fuerūt mihi lachrymæ meæ panes die
ac nocte. Reor quoq; meminere uirum san
ctissimum Iob/atq; fortissimum/de se ita te
stantem: Anteq̄ comedā/suspīro:& quasi in
undantis aquæ/sic rugitus meus. In prouer
biis uero Salomon ait: Beatus qui semp̄ est
pauidus. Solent præterea omnibus solatiis
quæ habentur in uita/ omnibusq; oblectamē
tis se se sancti uiri sponte priuare. Non cele
brare conuiuia: non indulgere choreis: nō
egredi ad ludicra. Non amici sūptuosius
Nō fari profusius. Cōiugiis uero aut omni
no carere: aut timidius uti. Supra naturā car
nis edomare luxuriā. Quasi aspidis uirus:
sic aspectū/uocē/ cōfortiūq; declinare femi
natū. Sed cū his omnibus pati egestatē igno

DAVID

Iob

Salomon

O
q̄ dure

miniam: dolorē: supplicia: nexus: carceres:
horrēdaq; tormētōrū & multiformia gene
ra necis: q̄lia p̄scis t̄pibus/ & ab rudimētis
nascētis ecclesiæ ī sacris ch̄nsti martyribus
expēdit tyrānorum imānitas? Ceteri post
laborē q̄terē captāt: Dies festos ludorū/ solē
nesq; calēdal ac cētus celebrāt: uenatiōe: cur
su: pila: alea: circo: fidibus: cantu: hisq; simi
libus quādoq; oblectāt. Horū uero nulla ē
uita rigidior: nulla tristior: nulla idigētor
nulla humilior. Hisq; si infelicit̄ natis ran
tū datus ē luctus: pauor: & mētis afflictio:
adeo ut extiterint multi/ q̄ more Pithago
reorū hoīem nō nasci sariul ducerēt: aut cer
te natū prius ex rātis erūnis: (q̄bus statū in
uoluit) excedere. Ex quo Iob ille noster/ de
quo sumus ante locuti/ suū natalē diē & puer
penū lugēs: Quare inquit/ de uulua eduxisti
me/ q̄ unā consūptus esse: ne oculus me ui
deret: fuisse quasi nō esse de utero trās latus
ad tumulū. Et gemebūdus Dauid id ipsum
hoc uersiculo exprimit. Heu mihi quia in
colatus meus plōgarus ē: habitauī cum ha
bitātibus cedar: multū incolā fuit aīa mea
Sed ab horū sētētia neq; lōge abfuisse apo
stolū Paulū crediderim/ cū id precaret̄ Quis

Pithagorei

Iob

DAVID

Paulus

d iiii

me liberabit a seruitute corporis huius /
• Et cupio dissolui & esse cum Christo. Tali ^{epi d}
bus multoq; pluribus adductus / nō uideo
bonos uiros (de quibus presēs est sermo) in
animo admittere posse lætitiā. Tu modo
(si secus existimas) rationē afferto. Attentū
me semper habebis & docilem. **MA.** Mihi
quidem (quæ attigisti) cōsideranti tria occur
runt: quibus respōdeam. Vnum ut sic esse
assentiar / quemadmodum ipse dixisti: quo
niam res ipsa p̄iore quidem aspectu sic po
stulat. Alterū ut cōtradicam: ne abhorrea
mus a uita iustorū: & quasi infamis illa nos
exterrear. Tertiū ut postremo eliciamus il
lam (quæ quærē a nobis) ueni notitiā. **SER.**
Hæc erit mihi admodū grata: p̄sertim q̄
theologica est) disputandi ratio. Quare ut
contradicam) expecto: deniq; ut concludas.
MA. In tuam sententiam induxisti ueteres
sacrosq; sermones: subinde id (quod quoti
dianum est) & ante oculos iugiter) ut omīo
bonorum nemo queat esse comis / ac latus.
^{q̄} Cōfuta da Imp̄fectior aliquanto est tua ista cōclusio.
& quæ infirmari paribus locis / ac dilui p̄r.
• An non legisti mi Seraphim / qui in diuinis
sem̄p uersatus es litteris / illud Dauidicū car

men. Lætabitur iustus ī domino / & sperabit
in eo: & gloriabūr oēs recti corde? Et illud
tibi sic p̄cipit. Lætamini ī domino: & exul
tare iusti: & gloriāmini omēs recti corde? Il
lamq; uocē ī mentis excessu. Exultare deo
adiutori nostro: iubilare deo Iacob. Sumite
psalmū: & dare tympanū / psalterium iucun
dum cum cithara? Paulus quoq; ad Philip
pensēs scribens / gaudium illis cōgeminat /
Gaudete (inquiens) in domino sem̄p: iterū
dico gaudere. Sed quid est iucūdius illa mi
tissima domini uoce: Venite ad me omnes
qui laboratis / & onerati estis: & ego reficiā
uos. Iugum. n. meū suauē est: & onus meū
leue: & requiē inuenietis animabus uestris?
• Quid q̄ omnia p̄phetarum uaticinia: oīs
fere pagina diuinorum uoluminum: omēs
deniq; hymnorum / psalmorumq; soni sunt
pleni lætitiæ / exultationis / & pacis? Cæterū
(ut iam res ipsa loquatur) quid est q̄ tu læto
uultu sem̄p incedis? & frōre serena? resider
in ore moderatus quidā & igenuus n̄sus:
nisi q̄ intra te ē nescio quid latentis gaudi
quod animū afficit: cōplerq; ora quodāmo
do? Vnde illa in rebus agēdis / & labore ro
lerando fratrum nostrorum p̄nitas? Vnde

DAVID

Paulus

Vox dñi

tanta tamq̄ admitabilis in eis semper hila-
 ritas: nisi de interiori gaudio & concepta me-
 te lætitia. Non fert rerum natura: ut quis læ-
 to omni tempore uultu uersetur: si non est
 intus animus lætus: neq̄ hilariter atq̄ impu-
 gre fiat: quod ab inuito fit: ac tergiuersate.
Verissime Effigies enim quædã animi certa est & ora-
 tio: & incessus: & uultus: & his (tanquã nun-
 tiis intrinseca proferentibus) utimur etiam
 inuiti sæpissime. Num probas ista? **SER.**
 Ita profus: uel q̄ perspicua sunt: uel q̄ pa-
 nibus rōnibus contradicenti mihi tu quoq̄
 assentiri uoluisti. **MAT.** Ergo erūt ista con-
 traria: ut gaudeant hi: atq̄ non gaudeant:
 modo rideant: modo defleant: modo effe-
 rantur: modo premantur. **SERA.** Vident̄
 quidem: sed ne certo sint hæc. **Oppenar**
 uero: ut ipse dilucides. **MAT.** Sane (ut ar-
 bitor) contraria ista dicenda non sunt: sed
 magis diuersa: quoniã reddat ea certa atq̄
 conciliet & uirtus & locus & rēpus. **SER.**
 ut enim possunt hæc concilian uirtute: ut
 contraria non sint. **MAT.** Quo sit tibi res
 breuior: captusq̄ facilior: utar pictorum ue-
 ritatis imago: quos uirtutis imaginem: atq̄ naturam

quandoq̄ in hunc ferme modum finxisse
 uidi. Ut sit illa forma eleganti/uirginaliq̄
 decore: Aspectu sublimi & formidabili.
 Oculis acibus atque terrificis: Armata un-
 dique corpus: & sudans in facie. Resideat
 in cacumine montis omnibus prominens:
 Premat uestigio adamantes geminos ful-
 gentes: ac culpide rectos. Palma uirente: fru-
 giferaq̄ nitatur: dexteraq̄ elata: polum con-
 tingat: ac sydera. Sit caput redimita lauro.
 Exeat de toto corpore nitor quidam exi-
 mius: Ad eam ducar per longos anfractus
 difficilis semita: Et asper ubique sit per su-
 dorē incessus. Vbi uero ad eam uetum est:
 ibi plana omnia: dulcia: suauia: fausta: foe-
 licia. Hærebit ne tibi animo hæc speciosa ef-
 figies: uenerandumq̄ simulacrum: quod
 tot egregius preciosisq̄ colonibus depinxi-
 mus. **SERA.** Hærebit sane: & iam quasi in
 tabella depictam: atque eo firmius: q̄ me-
 moria teneo carminar: quibus **HESIODVS** Hesiodus
 poeta uirtutē etiam quodãmodo pinxit:
 quæ nobis latina fecere & **GVARINVS** Guaring Bonellis
 tuus Veronensis: & **Omnibonus** Leonice
 nus Vin optimi: & hac etate nostra doctissi-
 mi. Alter hoc modo. ut sc̄:

- Guaring Bonellis
 - Omnibonus Leonice

Verfus ^f Sudorē præfere uirtus. mēte deorum
guarini Est ad eā longus/rectusq; p ardua callis:
Asper & imprimis: ubi i alta cacumina uentū ē:
Mollis adestque uisa fuit durissima quōdam,
Alter uero totidem uersibus: sed his sane
uerbis. ^{ut infra se²}

Oibo ^f Sudorē posuere dei uirtutis ad arcem.
nus leo Aeterni: uia longa quidē starq; alta sub ipsam
nicenus Atq; maligna prius: sed iam suprema tenenti
Mollis adest: quæ uisa fuit durissima dudū,
- MA. Perplacet q; carmina ista memineris:
- quod quidem efficit: ut simulacrum iā nūc
expositiōe nō egeat. sed referat modo ad
id quod est propositi nostri: hoc est: uirtu-
tem ab suis primo aditu laborem exigere:
- tum dulces deniq; atq; uberes fructus ferre.
- Sudorem prius imperare: postremo largiri
quietem. Simul quidem etiam aduertendū
est: omnia ista & loci: & temporis esse: atq;
ideo bonis uitis dati tū bellum: tum pacē:
- tum fletum: tum risum: tum egestatem: tū
opulentiā: eosq; ludibriis affici: & honoribus
cumulari. Funestos dies habere: Itē & cele-
bres. Tū tabescere: tū exurgere. Cōptissima
ergo res ē: quæ nulla pōt tergiuersatiōe ob-
scurari. ut sit omīs uita cōsula/ atq; pmixta:

99

- nullus status: nulla p̄fessio: nulla conditio:
- nulla uitæ pars exter: quæ sua bona/ suaq;
mala non habeat: quibusdam nō delecteē:
- quibusdā non angatur: aliquando non de-
mergat: aliquando nō p̄siliat: & quod acer-
bius est) quæ nō sit maiore ex parte suppli-
cium. Tantum ininteresse: non qualia in uita
eueniāt bona; mala ue: sed qualis quisq; re-
cipiat. Neq; id quod magno assēsu & popu-
lari uoce laudat: i bonis; neq; quod molles
effeminatq; homines infestissimum habēt
in malis esse ducendum. In medio ista posi-
ta esse. Solum referte/ ad ea accesserit uirtus
an uitium. Viro sanctissimo Iob omnia bo-
na sunt arrepta fortunæ: abstracti serui: Ad-
empti liberi. Coniūx facta morosior: conui-
cius eū sedulis: p̄bns/ maledictisq; lacessens:
In sterquilino iacuit: uiuētiq; adhuc illi caro
emarcuit: & scaruniuit de ulcenbus sanies.
- Hic tamē nunq̄ ira fractus est aīo: nunq̄ ira
mentis offusa tranquillitas: quin in tabe fi-
moq; tideret: & iter cetera magnifica sermo-
nem illum in ore semper haberet: Dominus
dedit: dominus abstulit: Sicut domino pla-
cuit/ ita factum est. Sit nomen domini bene-
dictum, Helias uixit adeo paup: ut exunēs
No. IOB Helias

Hieremias
Daniel
Iohānes B.
Paulus he
remita
Antonius.
Hilarion
Macharii

a muliere uidua mendicaret subcinerium
panem: pastusq; sit longo tempore in here
mo ministratibus coruis. Hieremias est ten
tus in carcere. Daniel leonibus datus. Iohā
nes baptista legit coluisse deserta: uictitasse
locustis: camellū ei regmen praeuisse: terrā
uero cubile. Paulus a quo: ut puulgatus est
rumor: heremus primus cepta est habitari.
Antonius secūduſ ab illo. Hilarion & uterq;
Macharius: reliquosq; ingens patrum/ana
choritarum monachorumq; ceterus/ac sparsa
ubiq; solitariorum multitudo. Hi omēs in
nuditate: ī penuria rerum: in horrore solitu
dinis uaste: in spelūcis/ atq; nemoribus: pal
lētes inedia: squalore obsiti: & exesi macie:
contubernales tantum quadrupedum atq;
serpentium: non ne uixere cum angelis: nō
ne paradisu mente rransgressi illa gustarūt:
de quibus non est fas homini loqui? Non
ne iam quasi illius caelestis ac sempiterni re
gni municipes effecti/ totis animis exultaue
re? Non pfecto tam feliciter degissent ī ur
bibus: non tā laeti diuitiis: aut opiparis lau
nisq; dapibus extitissēt. Sed neq; mollius in
pluma/stransq; sericeis iacuisset. Ac si iuuat
contraria exempla ponamus eorum: qui in

uiti dura atq; aspera patiuntur: quorū pro
scribuntur sua: depopulatur agri: incēdun
tur rura: qui pelluntur e patria: orbantur li
beris: trūdūtur in ergastulum ob es alienū
hos ipsos aspicias sūmo merore cōfossos:
lachrymis/ suspiriis/ eiulatibus cuncta reple
re: nullum quandoq; finem per omne uirā
spatium gemitibus facere: nulla solatia: nul
las pteces: nullasq; uoces salutare admitte
re: sed flere miserabiliter: in domesticos fu
rere: passim debacchari: non nunquā etiam
per repētina iram opes suas spargere: aut
quod prodigiosum est/ sibi ipsis ī propnā
necem uulnera & ictus inferre. Hic eadē ma
la sancti uiri atq; improbi patiuntur: Quid
ergo eorū actus tā facit esse diuersos? nisi
rō diuersa patiēdi: nisi uirtus ipsa: quae nul
lis fortunę incurſibus quatit: nisi deniq; q
ista (quae diximus) paupertas: bonorū amif
sio: exilia: suorū orbitates: mala ualitudo:
luctus: meror: uinculaq; & cruces suaprena
rura mala nō sūt: neq; urgēt: nisi male feren
tes. An fortasse sāctorū hominū ieiunia: la
chrymas: psecutiōes: ignominias: sollicitu
dines: studia: reliquāq; penitentia mala esse
dixerimus: quādoqdē in his sustinēdis ai

Nihil ē ma
lū nisi male
ferēti.

No.

uirtus spiritus sancti firmetur gratia: & eis
 ubiq; adsit robur uisq; ipsa celestis auxiliu?
 Nihil est (mihī crede) suauius homini ea la-
 chryma que sua scelera diluit: nihil eo gemi-
 tu dulcius: qui ad uitam beatam / suumq; su-
 spirat auctorem. Nihil dei timore securius:
 qui solus efficit / ne quid aliud meruamus:
 Neq; est in illatis mortibus horror: quibus
 immortalis uita / & triumphus sempiternus
 acquiritur. Virga tua & baculus tuus ipsa
 me cōsolata sunt / Propheta canit. Et alibi
 quoq; exultabundus inquit: Lætari sumus
 pro diebus / quibus nos humiliasti: annis /
 quibus uidimus mala. Hinc etiam uox illa
 fidentissima Pauli: Quasi moriētes & ecce
 uiuimus / sicut egentes: multos autem locu-
 plectātes: ranq̄ nihil habentes / & oīa possi-
 dentes. Atq; prouerbium illud Salomonis.
 Timor domini: sicut paradisu^s benedictio-
 nis. Sed quid plura pcurro? nō ne ista suffi-
 ciunt: ut sit probatum iam satis / & quod tu
 ipse dicebas: bonos uiros concuri: eos ire p-
 ardua: multis uitæ huius carere solatis? Si
 mul quod cōtra ego defendi: eos dē exulta-
 re q̄ maxie / & oblectari: uanisq; solaciis ac
 suauitatibus pfui: atq; ea que a malis ferūt.

DAVID

Paulus

Salomon

libro angelicū de u-
 saluti uera
 capite
 quidā ad dicit in op-
 107

ut pessima; a bonis ppicio deo / ac suffragā
 te uirtute sustineri / ut optima. Ipsosq; sudo-
 res / quos imperat Deus bonorum omnium
 parens / ipsaq; uirtus potionibus consolatio-
 nibus uinci; nullāq; solidiorē lēritiā esse ea:
 que ex egregia tātum uirtute pficiūt: aut
 sane diuinarum rerum degustatione capiūt.
 SER. Ista iam liquent: ut dicis: si placet lon-
 gius ito. MA. Quousq; iusseris / etiam si ad
 indos. SER. Non sum / qui tibi tantū pegri-
 nationis imponam / sed neq; uelim: si licet /
 hodie ex isto te sacello discedere. MA. Sed
 quomodo porest ista res stare: ut una opa
 me psistere hic uelis: & longius ire? SER.
 Atq; solet sapius fieri: ut quis stans magna
 etiam itinera conficiat. MA. At quanta
 SER. Passuum centena milia in horam: &
 multo plura quādoq;. MA. Satis sanus ne
 es: an illudis mihī? SER. Risum ut tibi mo-
 ueam tantisper id facio: quod tu soles usur-
 pare: cū in cōcione captas populariter plau-
 sum. MA. Tu Seraphim meis me sic reticu-
 lis capis? SER. Renouandus a fatigatione
 & fatierare iterdū est animus iocis. Soluun-
 tur. n. sic mistes affectus: & ad ppensiorē in-
 tentionem mentis acies reficiūt. Si tamē satis

ly me gnd. ad uita. f. q.
 pphā iocit. c. q.
 qd.
 qd.
 op.

Iocādi rō

ei

iocatum censes: nunc tē ut est) eloquamur,
MA. Ita sane serio dic: iocus uero relinqua-
tur comēdiā, SER. Id etiam plus me delec-
tat: quam obrem, quod reliquum est: profe-
quamur, MA. Tu de quo maui s̄terroga:
Ego (si potero) respondebo, SER. Postquā
diffinitum est: gaudia cadere in optimum
quēq; studio abste sigillatim audire: quot
illa/ quātaq; sint, MA. Est res ista difficilis
dictu: sed ea tamen tot/ tantaq; existimo:
quot/ quātaq; sunt bona: quē cuiusq; mens
honesti conscia possidet: quē certe enarrari
æque puto non posse: ac homo interius de
prehendi non potest: quando tu tamen ita
uis: enitar recensere de his quicquid mihi
Deus ipse fons totius gratiæ, & origo do-
nauent, Atq; illud primum gaudium erit:
de quo dicemus; quod emanat de puritate
ac splendore conscientiæ: quæ præsertim
nihil foedum: nihil suspectum: nihil formi-
dolosum intus habet. Hæc si quis possidet:
suo testimonio semper est latus. In summa
spe uiuet. ac ingenti fiducia beatitudinis ca-
piendæ. Incredibilem enim uim ad utrunq;
conscientia habet: ut quemadmodum con-
tinue in malis excruciat: ita in bonis ani-

mum recreet, Hæc nimirum omnibus gau-
diis præstat: hæc nullum in se recipit bel-
lum: nullo instantium malorum terrore cō-
cuntur: sed trāquilla & pacata quiescit suo
proprio ac certo bono munita. Nullum. n.
theatrum (ut Cicero inquit) uirtuti conscien-
tia maius est, Et doctor sæculi Paulus. Glo-
ria nostra hæc est testimonium conscientiæ
nostræ. Omnes igitur fructus uirtutis pro-
bitatis: sapientiæq; thesauri in sola consciē-
tia repositi sūt: quam qui ita excoluerit: ita
curauerit / ut nullis excæcetur erroribus:
nullis perturbationibus agiretur: hic profe-
cto semper erit non modo latus/ atq; tran-
quillus: uerum etiam cum angelis dei (si
hoc eorum pace dicendum est) potent de
felicitate certare, SERA. Fateor istud sane
ut honeste/ sancte/ pieq; uixisse: ac recorda-
tio multorū recte factorum: cū securatūm
iucunda sit in plerisque iustorum, Sed de
omnibus ambigo: cum uideamus non nul-
los innocentissimos uiros, atq; sanctissimos/
grauissima nihilominus cōsciētia ferre tor-
menta/ nō posse iestinos sedare tumultus.
eos dē priuari sōno: angicogitationibus: ma-
cerari cutis: sēp ancipites: pauidos: ac rinstel-

me uero primum interfice: q̄ iureiurando
 aliquid efficiam: cū & locus & tempus de
 tur iuniurando: in quibus illud sapiēs neq̄
 possit/ neq̄ debeat declinare, Tales quidē
 zelum Dei habent: sed non secūdam scien
 tiam: ut de Origene Hieronymus inquit:
 qui lecto forte eo euangelii loco: ubi domi
 nus dicit. Sūt eunuchi: qui se ipsos castrauē
 runt propter regnum cælorum: qui potest
 capere capiat. Mox se ipsū ferro castrauit:
 cum siquidem fuerit illud intelligendum:
 non ferro: sed imperio/ ac perpetuitate uo
 luntatis. In quo quidem etiam nō nulli no
 strorum temporum/ fortasse peccauerunt: ci
 bos & indumenta/ supersticiose sumentes.
 (de nostris similibus loquor) sed nomino
 neminem honoris/ & caritatis gratia. Hoc
 enim conscientie genus in spiritualibus ui
 ris ortum habet/ ex agresti/ rigidoq; igenio:
 nonnūquam etiam ex diuinarum scriptura
 rum ignorantia. Quosdam uidebis suo ce
 rebro malo/ uti pro legibus inflexibili cerui
 ce: ac contumaci animo obstare rationi. De
 dignati nosce/ qd iuris pōtificii Canones:
 quid imperatorie leges: quid plebiscita per
 mittant: aut uerent. Et si testimonio theolo

Origene:
 Hierōymus

5. 19

quod sumus castrade meli
 pro regnu cælorum

Ortus erro
 neq; d

Inter

gorum induxeris proferre impudenter in
 mediū: sentiant Thomas: Egidius aut/ Sco
 tus ipsi: quæ uelint/ mea mihi sic conscien
 tia dicat. Vbi spiritus domini/ ibi libertas:
 & qui spiritu dei agitur: liberi sunt. Heu
 ignorantie ac inculte sanctitatis pestis. Heu
 sub spiritualis libertatis pretextu latens su
 perbie radix. Non ne scriptum meministis.
 Qui sine lege peccauerunt: sine lege peri
 bunt. Et si cæcus cæco ducatum præstet: am
 bo in foueam cadūt. Sed hos sua cum per
 tinacia relinquentes: quæ uero sequitur niti
 dam conscientiam aggrediamur: quā sane
 puto posse sic diffiniri: ut sit uirtus quædā
 interiorq; cognitio: quæ in nobis est splē
 dido/ sincero/ sobrioq; iudicio: ac recta rōne
 diiudicās; estq; illa pfecto & moderata sēp
 & fortis: & cōstās: & pcul ab oī metu: ueraq;
 uirtus: quæ non lætabitur unq̄ remere: nec
 exhorrescet nimis. Sed i se ipsa oēm spē sui
 reponēs: & cūctis in rebus/ repudiatis extre
 mis/ mediū tenens/ præcepto illi Terētiano
 semper obediet. Ne quid nimis. Hæc pro
 uinbus tuenda & conseruanda est: in qua
 non modo cumulara/ redundansq; latitia:

Thomas
 Egidius
 Scotus

Clamatio q̄
 quosda pfectos huius
 motes q̄tiaz coronat

Cōscie niti
 de diffinitō q̄ d
 cōstitū mīda

extima nō sit uirtus
 mediū de Lande

Con 17
 ac cōmone

e iiii

2. cor. 3.
 Ro. 8.

Indag

ut fuimus ante præfati: Verum etiam habetur tota penè felicitas, Videtur ita ne tibi?
SERA. Ira sane. Atq; nunc tandem uideor mihi intelligere Enigma illud Salomonis.
Salomon **Secura mens** quali iuge conuiuium; atq; illud probare Satyricum: ut nobis deus orandus sit: quo mens sana sit in corpore sano.
Iuuenalis **MAT.** Si de gaudio igitur (quod ex illustri & nitida cōscientia manat) nihil amplius requirendum censes: ad alterum proficiscar oratio. **SERA.** Abunde de isto; quod uero habes de altero da, **MA.** Cogitasti ne unquam quantum in se dulcedinis habet: quantum solatii; crebra honesti; boniq; exercitatio: ac quotidiana uirtutis operatio? **SERA.** Imo in eam cogitationem sæpe & incido: & ex proposito uenio, **MAT.** Quantum igitur tua tibi hæc peperit meditatio: in medium profer: Ego deiceps: si qua mihi succurrerit; adiciam. **SERA.** Sane quanto est tibi maior uirtutis amor; atq; honos; & reuerentia studiorū: quibus eadem ipsam potes exornare: tanto tibi cedo: audireq; malo; q̄ audiri, **M. A.** Quoniam honestiusculis tuis uerbis; ac humanissimis me dicere iubes: Puto

insino

honesti bonæ exercitatio
tationes ac quondam;
uirtutis op. enez.

9^o pp^a

bonæ exercitatio. ac
tidiana uirtutis operatio.

cum qui diutius bene uixerint; probitati iustitiaeque seruiert; in iis ipsis generari de impolluta uita & recte acta; gustū nescio quē in effabilem; atq; mirificum; danq; iis firmā quandam; & illesam animi tranquillitatem.
Sola enim res est atq; unica inter omnia uirtus: quæ efficiat beatam uitam: in quam nullus ipetus belli: nulla hostilis incurfio: nulla fortunæ; temeritatē; uis manus iniiciat: quæ ubiq; indeprædabilis: inexpugnabilis: intrepidaq; simul: & florentibus rebus atq; cadentibus eadem semper; parq; consistat: neq; ulla uoluptate quasi adiuncta indigeat: quoniam sui nihil in aliena potestate reponens; in se ipsa omnem suam uoluptatē habet & cōtinet. Erit ne quisq; bonus: qui bonis opibus nō delectetur: aut iustus dici quis poterit: qui iustis: aut liberalibus; q̄ liberalibus non gaudeat? Non sentit agricolam sine spe frugis; neq; sudar arator sine expectatione futurę mercedis. Quod cum ita sit: actiones secundum uirtutem iucundas omnino esse oportere; manifestissimū erit: nisi forte initium ad illas gradiendi arduū quandoq; uideatur: formidentq; primum non nulli ægra mente & imbecilla in exper-

no. hic & que dicitur
capitulum

No.

Similitudo

manifestissima

tam dulcedinem. Imo tutum etiam homi-
 nem in summo discrimine: & letum in acer-
 bissimo dolore redder. In quibus duobus
 egregia quedam exempla & memoranda
 cum gentes philosophum nostrates edi-
 dere. Sed omnem illam philosophiam ue-
 terem in duorum exemplis, quanquam infinita
 pene suppetant, redigamus. Cum Megaram
 populabundus hostis Demetrius inuasisset:
 ferro, ignique solo equasset: Silponem philo-
 sophum ferunt ab eo interrogatum: suorum
ne quid amisisset. Cui ille minime inquit.
 Nam omnia mea mecum sunt inexpugna-
bilibus munimentis septa. Non me spoliat
 fortuna nisi eo: quod dedit: Virtus uero ab
 ea libera, & inuolabilis est: cum eam mihi
 neque dare, neque arripe possit. Socrates coac-
 tus ab Atheniensibus morti, antequam uenenum
 biberet, multa de immortalitate animorum
 adeo sapienter, adeoque animose disseruit:
 que postea omnibus discipulis suis clarior
 Plato in Phedone digessit, ut sibi uel uiuen-
 ti, uel mortuo, non solum fortunae crudelitas
 nihil mali uideretur inferre: sed neque tam in-
 mortem cogi: quam in caelum putaretur ascende-
 re. Quid in christianos philosophos, atque

Demetrius
 Salpon

Socrates

Phedon
Platonis

sanctissimos Tyranni idolorum cultores pfece-
 re & Inaudita & innumerabilia in hos suppli-
 cionum genera excogitata sunt. Ante Darianum
 Vincentius Martyr in summis cruciatibus
 erat: & in illum uersus emittebat generosam
 hanc uocem. Videbis me Dariane plus pos-
 se, dum torqueor: quam ipse dum torqueas. Tu
 magis in inferendo tormento: quam ego in to-
 lerando, fatigabere. Nullam uim habet feri-
 tas tua: qua uirtute sibi submittat: Te tuisque
 machinis ea fortior est. Violatur id modo,
 quod uiolabile est: Virtus uero firma & in-
 concussa est: nulli irruenti uolentiae cedens.
 Iacobus intercisus (cui cognomen intercesi
 dedit tonus corporis membratim, atque ar-
 ticulatim dissectio) non ne conspexit se se
 tam horribiliter, tamque foedecum gaudio
 dimembrari. Quid Laurentius? Non
 est iocatus in crate: Et ardentis prunas
 pro nihilo duxit. Stephanum inter saxa
 (quibus est obrutus) tantum abest doluisse:
 ut eidem lapides illos etiam dulces exti-
 tisse legamus. Sed quid uiros comme-
 moro Machabeam matrem cum septem fi-
 liis Anthiochus sisti ante se iussit. Illam
 cogi, ut legem uiolarer, cibisque prohibitis se

Darius
 Vincētus
 martyr

Jacobus in
tercisus.

Laurentius

Stephanus

Mirabilis
mater. An-
thiochus.

natosq; inquinaret. Stetit inconcussa animi
uirtute nobilis femina: neque tyrāni preces
admisit: neq; minas exhorruit. Ccepit Rex
iuuenes flagris ac raureis cruciare. Sed ma
ior nam nullo dolore animo fractus/ nihil
proficis inquit Rex: Parati omnes sumus
mori potius: q̄ patrias leges/ ac Dei nostri
iussa negligere. At p̄ summum furorem/ &
ingenii sui supstitiosā insaniam Antiochus
rum primum aeneas ollas/ sartagineq; suc
censas praecepit afferri: deinde adolescentis
qui fuerat ira locutus/ linguam spectāte ma
tre ac reliquis iunioribus fratribus ex inti
mis faucibus radicitus aputari: curē capitis
cum crispāti: & flaua cesarie detrahi: sūmas
manus/ pedesq; praecidi: & ad extremū suo
foedum cruore/ & quasi exanime corpuscu
lum i sartagine torren. De altero eo ordine
sumptum supplicium est. Tertius cum pari
ludibrio sedandus esset: linguam postula
tus/ mox protulit: manusq; intrepidus/ ac si
ne horrore in ardentem ignem extendit: &
stupentibus cunctis/ atq; pauentibus/ sere
no ille ac comi uultu se ipsum inspiciens in
quit. Omnia ista de caelo possideo: sed pro
patriis legibus: pro Deo Meo iam nunc

eadem ipsa despicio: a quo aliquando me
ea recepturum: & quidē multo meliora cō
fido. Potuerunt & reliqui extincta fratrum
suorum corpora: & tantis tamq; immanissi
mis suppliciis habita non solū firmo pecto
re/ ac siccis oculis itueni. Verū & ipsi quoq;
p̄mptis adeo/ excitatisq; animis huiusmo
di sustinere tormenta: ut non tam inuiti in
mortē trudi: q̄ ad solennes (ut ita dixerim)
ludos uiderent inuitari. Ventum ad paruu
lum demum/ & rātae cladis reliquum matri.
O pietas: O prisca fides: inuictaq; bello fe
mina. Hæc in paruulum ruens: onq; admo
ta: ut quem imbecilliorē ob teneram etatem
uerebat: est his uerbis exorsa. Ei adum fili
bono animo sis/ martyrii triūphum cū fra
tribus recepture. Tyrocinium tuū Deus op
rimus maximus p̄spectat ex alto. Lucram
breue spatium terminabit: Erit uero pennis
ac sempiterna corona. Noli stulta quadam
parentis pietate moueri. Ego tibi nihil dedi
nate: quod non fragile esset: & obnoxium
destructioni: quo contumeliose atq; crude
liter abui suo iure fortuna nō posset. Neq;
lucem qua uides/ uitamq; qua spiras/ ipsā ti
bi contuli. Fui tantum custos quādā imbe

Am. pō
et dicitur in by in it. pō

cillæ gratiæ nutritrix & pedagoga: e cælo sunt
 ista: & dei certe est omne quod es: p cuius
 lege quotiēs oportuerit gloriofum est mo
 ni, Me uero nūquam penitebit uno die sep
 tem partus septem funeribus excepisse: sed
 potius felicem dicam: quæ uos filiū nō mun
 do: sed cælo pepererim, Vix mater uerba
 finierat: cum adolescentulus in cælū ora cō
 uersus / & Deo gratias agēs. Quid me susti
 netis carnifices? nō pareo regi scelestissimo
 inquit. Strenue p̄gite me cōfratrū meorum
 sēpiternæ gloriæ adiuuere. Educite de custo
 dia: & his uinculis: quibus detinetur animū:
 ut liber in cælum possit euolare, Sicq; lato
 animo & inflexibili horridam mortem ex
 cepit, Nouissime uero mater ipsa illustrior
 filiorum morte: q̄ partu: est extincta post pi
 gnora. Exhibuit ille dies miserum oibus /
 flebileq; spectaculum: ut neq; tanta feritate
 satian barbarus hostis: neq; pia mater tanta
 domestici uulneris acerbitate flecti potue
 rit, Quid referam nostras Margaritas: Care
 rinas: Apollonias: Emerentianas: Ursulas:
 Barbaras: quando earū gesta fortissima no
 bis non modo ex scriptoribus: sed iam uul
 go ex pictura notissima sint: deq; his etiam

- Margarita
- Carena.
- Apollonia
- Emerētia
- Ursula
- Barbara

muliercula quæq; philosophæ ad colum:
 & cæcus in uestibulis ecclesiarum, ac trunis
 canter, Tuta igitur est uirtus ab omni me
 ritū: impendentiq; discrimine: nec ulli succū
 bit dolor: nec frangitur impetu: quoniam
 ea nihil est fortius. Quod si nec bello uinci
 potest: nec inclinati laceffita: sed neque in
 cruciatibus ipsis gaudio suo priuari: quan
 to uberius / suauiusq; letabitur: cum sibi di
 missa prædaro ocio fruetur suo. SERA.
 Magnifice quidem: & ad mea uota uirtu
 rem extrulisti: Videoque satis splendore il
 lius ac maiestate nihil posse suauius dici:
 Nihil dignius suscipi: Nihil uberius coli:
 nihil sanctius uenerari: magnamq; in ea esse
 letitiam: multa iucunda: multa suauia: & ut
 Plauti comici sententia utar: uirtutem esse
 optimum præmium: eiq; adesse bona uni
 uersa: quem penes est illa, Sed illud quero
 nū opus sit: quo uim suam / nomenq; reti
 neat: ut sit semper i actu. MA. Nō sōnū p
 mittis sapiēti: nō aliquādo uoluptatē q̄rit
 & umbre. SERA. Potest ne dari. MA. Pro
 fecto potest. præcipuus tamē fructus / & ad
 mirabilis illa gloria uirtutis actiōis ē tota.
 Quod sanq; ut probaret Aristoteles ad hoc

pitena q̄

Plautus comici
Q. d. v. 19

Quo sit semper i actu
ad hoc ut ipsa sit
S. d. ut ne in habitis

Quo sit semper i actu
ad hoc ut ipsa sit

Aristoteles

celebratione Lex talis erit. si quis uictor exierit ibi ad ludum
quodcumque uinum non queret. si inuenit. Rhetoricus
Eryannus q. dya. m. adu. carne uita uiceret. olym. m. g.
rempu. uerperet.

A 2^o Rhetor.

exemplum rem contulit. Quemadmodum
in olympia non optimi atq; fortissimi sed
qui certant coronant: sic & in uita bonorū
& honestorū qui recte agunt copores fiunt.
Deniq; M. Tullius in officiis nec abesse pu-
tat a uitio ob nimiam opam i res obscuras
atq; difficiles abduci a rebus gerendis: quas
a nobis exigat uirtus: cuius laus omnis (ur
ille inquit) in actione consistit: a qua tamen
fit intermissio saepe: danturq; multi ad stu-
dia reditus. Nā quoniā opatio secūdu uirtu-
rē nunq; honestate & officio uacare pōt: sed
intermissio pōt: Idcirco i actione ē uirtutis p-
fectissima laus: sūmum decus: maiestas illu-
stris & gloria. Ceterum si de gaudio praefer-
tim est sermo: id certe uirtutis semper est co-
mes: ut paulo ante retigimus: praeuium in-
terdū: quandoq; subsequēs. Vidisti in equū
paratum ad bellum clangente tuba dum re-
tinetur habenis: ac in hostes gestit irumpe-
re: hinire interim prae gaudio: aures demitte-
re: spumam ore iactare: se se loco continere
nō posse: se sōrē inuitare: ut inclinato pillo
se dedat in hostes. Ita non nulli dum boni
aliquid moliri nō: solēt gaudio quodā opa-
tionem longe praecedere: tum uero multo

M. Tullius

Similitudo

magis latari cum se uidēt affecutos quod
tam inflammato studio ante cōtenderāt.
Sed neq; silentio inuoluēdum puto: quan-
tus praeter reliqua egregia & salutaria bona
est nobis cū amicis uel ex sermone uel ex
cōsuetudine animi gestus: Quoties uiros
optimos adēntes inter oscula sancta mu-
tuosq; cantatis amplexus collabimur: &
quidem cū sermo onē de pbitate uirtute:
Deoq; ipso: Aut certe cum alius alium isti-
tuit: aut currenti calcar adiungit: quotiens
suauitate fādi abum ac somnum oblitū cū
die adiūgimus noctrē: aut cum nocte diē.
Scriptores ueteres quibus cura fuit de ami-
citiā differere! diffinierunt in rebus huma-
nis nihil esse felicius ea necessitudine: que
inter bonos mutua est: atq; par: quam non
commodum ullum: nō delectatio: nō prae-
sentia corporum: sed honesta ratio: iudem-
mores: eadem studia conciliant. Neq; dul-
cius quicq; esse dixerunt: q̄ posse cum alie-
ro loqui: ut secum: accipe mutua & dare cō-
silia. Hinc illud celebre Salomonis & pba-
tum Eulogium. Amico fideli nulla est cō-
paratio. Atq; illa Ciceronis uulgata sentē-
tia. Quid dulcius q̄ habere qui cū omnia

Consuetudo bono
nū suaussi-
ma

Salomon

Cicero

f i

audeas sic loqui: ut tecum? Qui esset ^{animus} tatus fructus in pspens rebus: nisi haberes: qui illis æque ac tu gauderet? Aduersas uero difficile ferre esset sine illo: qui illas etiam grauius q̄ tu ferret. Nihil est quod potuerit uenus dici: sanctiusq; tuen. Sed ad hæc omnia si Christi amor accesserit: cui cætera cedunt: quid uero tum dicendū erit? Nam ut de me ipso loquar: cum Timotheo nostro uiro quidem doctrina & sanctitate uite clarissimo: cōmuniq; nostrę regeneratiōnis auctore: multis in locis (ut te non præterit) annos ferme totos plerunq; fui: atq; uixi. Illi me factis in litteris: atq; in his liberalissimis studiis graue non fuit: discipulū admittere. Deinde p̄nceps hic mihi extitit ad ineundam rationem instituēde concionis: & p̄clamandi ex pulpito: hancq; uocē sua industria: suisq; p̄ceptis cōformauit. quanq̄ & in hoc populi dicendi genere: & i illis (que dixi) studiis: parum certe profecim. Sed me q̄ letū q̄q; felicē extitisse rum credis: cum tanti uiri mihi liceret conubernio uti: uirtute singulari frui? humanitatem: modestiam: sapiēciam: religionē: pietatē: reliquaq; uirtutes admirabiles cō

qm illic mandant dng
conditio nra et uita.

Timotheus
uobis cariss
regulans pro
sua p̄mo.

da huiusmodi. ecc.
huitia at ex

templati? Tenebat animum semper deuotione p̄cipua: & admiratione ac suauitate incredibili uir ille eloquio dulcissimus: atq; eum dicentem obseruabam studiose: & quoquo se uerteret: sermōibus eius suauissimis tractus illum prosequabar. Fateor inde usq; uitam mihi iucundiores nullam fuisse: nullum sermonem dulciorem. nullū etiam tempus felicius: atq; fructuosius. Sed ne per longa exēpla (quibus abundamus) nostra se nimium diffūdat oratio: En q̄rami Seraphim frater his paucis diebus prioribusq; nōnunq; ex mutua consuetudine est mentibus nostris adaucta suauitas: q̄q; excitatus nescio q̄s flagrantissimus amor: qui sæculi honores: qui magistratus: qui fastes: que opes: que corporis uoluptates: que tandem illecebræ huic felicitati erunt nobis anteponendæ? Satis illud mihi quidem cum Cicerone iam conuenit: uicissitudine studiorum/officiorumq; nihil esse iucūdius: neq; quicq; appetentius similiū sui: nihil rapatius: q̄ natura: atq; illud adiūgo: nō parū i malis uim hoc ipsū habere: sed i optimisq; busq; q̄ maximā. Nā si rātas uires

Cicero

f ii

Arta nra
mag

morum similitudo habet/ & nominis tan-
tum commemoratio ipsa delectat: ut etiam
ad amandos quos nunq̄ uidimus/ nos alli-
ciar: q̄ efficacius erit uiuū ipsum ac spirans
eximia cuiuspiam uirtutis exemplar: q̄to
uisam expressamq; bonitatis imaginē plus
admirabimur. Apostoli uiuendi formam
ex Christo acceperunt: illum inspexerunt:
obseruarūt. audierunt: Idcirco illi plus ex
eius moribus traxere: q̄ postea: ad quos
ex libris sola fama puenit. Maius quidem
est testimonium oculi/ q̄ auris: & moribus
credit facilius quisq; q̄ linguis. Quod q̄
uenissimum esset ostendens dominus disci-
pulis iquit. Beati oculi/ qui uidēt/ quæ uos
uidetis. Quam sane temporum felicitatē
& gratiā cælitus datam cū Simeon uidisset
in tēplo: se quasi iā beatum nihil amplius
uisurum optauit: sed hanc exultās uocem
emisit. Nunc dimittis seruum tuum domi-
ne secundum uerbum tuum in pace. Quia
uiderunt oculi mei salutate tuam. Prædicā-
tur i tēplis quotidie gesta saluatoris. Apo-
stolorum: martyrum: confessorū: uirginūq;
uirtutes efferunt. Quis nostrum ē tam du-
ro/ agresti q; animo: qui ad præconū uoces

5. Apli & Jesu dulcissimi

felix Sicuti 5. 13.

Simeon

Luc. 2.

non moueatur: tot tānq; uirtutibus non
concrete ad illos imitandos? Nō capit ple-
runq; astantes uasta sonitudo: nō ingē-
tes undiq; porticus: non iminentes desup
culmi. Tum in plausum/ tum i tristitiam:
tum in n̄sum/ tum i fletum: cum est opus/
pentus artifex: ac sanctus orator cogit ce-
tus astantium. At uero si uidisse nos talia:
quæ obstupescimus audientes: Si interfuis-
se spectaculis (quæ cum legūtur: nos incen-
dunt ingēti quodam amore uirtutis: diui-
nitus cōtigisset: q̄to maiores aiorum mo-
tus nobis res ipsa dedisset: cū certū oīo sit
quod tradit Oratius: nosq; aīte retigimus. Oratius
Segnius imitare animos demissa per aures:
Quam quæ sūt oculis subiecta fidelibus?
Profecto ab immortalī deo nulla res no-
bis data est amabilior: nulla iucūdiōr: nul-
la pretiosior: nulla uberior: q̄ cum aliquos
bonos uiros: nostriq; ppositi simillimos
in uita nāscimur. In his præter ipsū uber-
timum fructum/ atq; incredibilē illam ani-
mi uoluptatem/ quam quærimus) & in ser-
mone / & in incessu/ atq; i moribus diuinū
quiddam elucet/ & bonus Christi odor: q̄
bonis est odor uitæ i uitā: malis uero mor-
E III

Seneca

ris in mortem: ueluti amomum & balsamum
fragrat. Si hominem uideris inquit Aeneas
nosfer: internum periculis; tractum cupidi-
tatibus; inter aduersa felicem; in medius te
pestatibus placidum; ex superiore loco ho-
mines uidentem: ex æquo uero deos: non
subire te ueneratio eius? Non dicis ista res
maior est/altiorque: quam ut credi similis huic
in quo est corpusculo possit? Animum ex-
cellentem moderatum: omnia tanquam mino-
ra transeuntem: quicquid timemus: opta-
musque ridentem: celestis potentia agit.

Non potest res ista sine adminiculo numi-
nis stare, Est ita sane carissime mi Seraphi:
ut omnes christianæ ac ueræ delitiæ in bo-
nis hominibus sint: cum illis Deus: illicque
cum Deo assidue maneant. An nescitis (tali-
bus inquit Apostolus) quod templum dei estis
uos: & spiritus sanctus habitat in uobis?

Paulus

Quid templum? cum etiam certam quan-
dam & expressam diuinitatis gestent effigiem?
de quibus per os Dauid est solennis illa
uox dei: Diu estis uos & filii excelsi omnes.
SER. Magnæ mihi uoluptati extiteret: quæ
de bonorum hominum consuetudine. atque
odore attigisti: eaque hausi tam auide: ut re-

DAVID

continentius dicentem nusquam interpella-
re potuerim. Sed neque tam id feci: quod me ista
laterent: quam quod tractum animum rei nobilitate/
sermone deinde usquequaque suauissimo.
demulsiisti, MAT. Id sane ex uultu & attē-
tione notavi. Sed ne est de hoc hactenus
satis? SER. Satis: ut censeo: si qua præsertim
supiunt potiora. MA. Superest: si iuuat: ut
paucam quædam de gustu diuine contēplatio-
nis dicamus: in quo non modo delectatio
capitur: sed inest quoque magna pars uitæ
beatæ. Verum res ista paucorum est: & eorumque
de perfectissimorum, SER. Cur paucorum quæ-
so? MA. Quod rei familiaris curam/ oiaque
huius seculi ac uitæ præsentis studia abicit:
iubetque otium summum ab ipsa hominum fre-
quentia prius seiunctum: quæ pauci admodum:
uel uolunt/ uel possunt. SER. Recte quidem. Sed
cur est perfectissimorum duntaxat? An illam
non & nobis licet degustare? MA. Omnia
quidem in illo uetereque pro uerbo: præcla-
ra rara, SER. Multis quidem difficiliorem
operationem est extitisse quam otium arbitror: tuque
paulo ante dixisti egregium decorem lau-
demque uirtutis rotam in actione consistere,
fiii

DAVID

ps. 92.

Vita actiua

- Cōreplatiua

Mixta

Augustinus

MAT. Est uero negociosissimum etiam ipsum contemplationis otium: & uicibus atq; actionibus fatigatur suis. At non spreta rerum gerendarum cura: ipsoq; humanorum sensuum usu: quātum quidem potest humana fragilitas in illa sublimia aduolare laborat: contendit: anhelat: & sæpe animus fessus cum propheta suspirat. Quis dabit mihi pennas: sicut colūbe: uolabo & requescam? Distribueda est sane tripliciter uita bonorū: ut hoc loco dicēda facilius intelligi queat: quoniam alia quidē actiua est: alia cōreplatiua: alia uero ex utroq; cōplexa atq; mixta. Qui. n. munera caritatis: quę quidē maximæ actiōis sunt: diligēter ac optima fide tractauit: is sane bonus dicendus est. Sed is melior: qui opportune est profectus alterutrum. Optimus uero ille ac ferme beatus: qui contemplationis intentus dulcedini: soli deo: ac supernis inhæsit. Erūt ista tamē reperi accōmodanda: atq; unū ita suscipiēdum: ut alterum: cum oportuerit non omittatur. Diuo Aurelio fundatori nostre huius quietis & pacis: egregiā hanc præter cæteras laudem: mento ascribendam

puto: ut saluti publicæ: sibiq; ipsi ita uiuere: ut si cōmune commodum quærimus: in sæculorum omnium utilitatem datus esse uideatur. Si præclarum otium: & a publicis rebus uacationem: illius animus in cælo magis: quā in corpore habitasse credatur. An illum putamus sine ascensione animi & raptu mentis in deum: mysteria illa sublimia: ac diuinitatis archana tot uoluminibus potuisse complecti? Aut hereses tantas destrueret: tot editiones relinquere: toties sermonem ad conciones habere? Legere præterea: dictare: scribere: pōnificatus administrationem gerere absq; acritatione atq; labore? Vigiliis atq; sudores dulci hoc contemplationis fallebat solatio. Refectus deinde animus ad lucubrationes solitosq; labores actior isurgebat. Nec aliter ista inter se distāt: quā quod unū dulcius: alterum utilius. Vnum beatius: alterum fortius esse deprehenditur. Sed in omni perfectō uita ex tēpons postulatione his utendum est: ut diximus. Sic Moyles modo beatus: fuit diuine maiestatis intuitu: atq; sermone: modo uexatus a Pharaone cum populo Dei. Sic

Moyles

Paulus modo raptus in cælū: modo a christo anathema pro fratribus. Sic nos modo dimicamus: modo potius pace quiescimus.

mines multitudinē infinitā generabunt: &
erit ea soboles sãcta. Auferrent̄ præterea a
mūdo renebrę illę: qbus offundit̄ celū. Lu
na claritatem solis accipiet: Sol aut̄ septies

Lactantius

rantoq̄ nunc est) clatior fiet. Terra fruges
sponte generabit. Rupes mella sudabunt.
Per nuos uina decurrent! Feræ nō se inuicē
perent: fiētq; illa: quę poete non intelligen
tes aureis seculis facta esse putarūt: qualia
Virgilius i Maro suis bucolicis spatit.
bucolicis

Ceder & ipse man uestor nec nautica pinus
Mutabit merces: oīs feret oīa tellus.
Nō rastros patiet humus: nō uinea falcem:
Robustis quoq; iā tauris iuga soluet arator:
Nec uarios discet mētiri lana colores:
Ipse sed in pratis aries iā suaue rubenti
Munce iā croceo mutabit uellera luto:
Sponte sua sandix pascentes uester agnos:
Ipsæ lacte domū referent distenta capelle
Vbera: nec magnos metuēt armēta leones:
Iungenē iam griphes eqs: auroq; sequēti
Cū canibus timidi ueniēt ad pocula damæ

3 fita Sed nuge sunt hæc anilesq; fabellæ: nullo ar
gumēto: nullisq; factorū uatum enūciatis
firmata: sed potius cōtrariā catholicis
asserionibus cōrestātibus. post iudicium
bonos præmia sempiterna manere: malos
uero poenas. Atq; etiā annos: quos inquit
ante iudiciū mundum duraturum: & iam
præterisse uidemus: cū (ut Paulus Orosius)

Paulus oro
tal

Septuaginta
interpretum
sermo

Septuagintaq; interpretes supputāt: quos
ecclesia sequit̄) a cōditiōe rerū ad nos usq;
iā anni plures (q̄ sex milia quadringenti se
xaginta fluxerint, SER. Vnde Lactānius de
licia nostra: Vir præterea sūmo ingenio/ac
bonitate i hæc sōmia labit̄) An nō legerat
non esse mortaliū nosse tēpora uel momē
ta: quę pater celestis in sua posuit potesta
te? Et Danieli metas & tēpora desolatiōis
& pphanationē libaminis & sacrificii: quā
p uisionem inspexerat scissitātē dictū fuisse:
Vade Daniel: quoniā clausi sūt sermones
hi: usq; ad præfinitū tempus? Et i euāgelio
scriptū. Dies at̄ domini sicut furta ueniet
noctu: Estote ergo parati diē horāq; nesciē
tes. MA: Sibyllinis oraculis/ poeticisq; fig
mentis: ut arbitror) tractus est: ut putant eo
ordine ista futura. Sed eum fefellerūt enig
mata: cui uidendū erat instar troiani æneq;
foliis ne Sibyllæ carmina darent. Eum no
bis tamen excusare potest aliquanto ratio
temporum: in quibus ista uel non dum su
scepta a multis/ uel nō satis explicata erāt.
Quāplurimi etiā ac ferme oēs philosophi
christianorū: deide pleriq; etiā huius tēpo
ris: qbus suo tamē uitio ueritas nō illuxit:

Lxx. inter
pretes

Alia opio

quoniam ne illucesceret / obstiterunt dura
& inflexibili mente / corporū resurrectionē
fieri posse reclamāt: quoniā id natura non
fert: quæ de pnuatione ad contrarium sibi
habitū regressum non habet / ueluti de cæci-
tate ad uisum. Mors. n. (quæ omēs penitus
corporis sensus aufert) maxima omnium
atq; ultima uitæ totius priuatio dicēda ē:
ex qua ad uitam corpus remeare æque nō
possit: ac oculus luce functus sua ad pristi-
nū uidendi sensū: Se etiā hac ratione tuc-
tur: Si illud ipsū numero (quod iam uel ro-
gus absumpsit: uel humus confecit: uel in
sua tandem principia / quæ elementa sunt
uetustas tenuauit) resurrecturū esse dicat:
id sane nulla alia ratione astrui poterit / q̄
q̄ idem se ipsum regeneret / atq; resarciat: ;
quod nunq̄ comprum est effectisse naturā.
Generant̄ uero ex aliis alia: eaq; etiam spe-
cie fororia / ac cōsimilia: nullisq; curculis
cessant naturæ manus edere huiuscemodi
partus: se ipsam uero nulla res gignit.
SER. Insupabilia ista uident̄: & quæ illud
nos etiam cogant confiten: cui minime as-
sentiamur. Neq; enim uideo quonam pac-
to ista non dicam refelli: sed uel extenuari

Alia rō

possint: etiam si catheruæ factōrum contra-
dicentium / acerrimeq; repugnannū acces-
serint, MA. Recte sentis. Nam res ita se ha-
bet, Paulus apostolus (cui plus uirtū / ac elo-
quentiæ / q̄ ulli nostrorum) diuino cōsilio
tributum est: ut Lucas in apostolicis actiōi-
bus scribit / Athenis cum prædicaret: studio
seq; audiretur: ad extremum omis suus in
hoc deductus est sermo: ut resurrectionem
mortuorū suaderet: quod philosophi / &
ii maxime / q̄ Stoycam sectam & Epicureā
tuebant̄ / audientes extemplo imitari cōda-
marūt. Quid seminator iste uerborum / ac
nouorum demoniorū annūtiator nefana
ista mentit̄: & pdigiosa hæc infert auribus
nostris? Illumq; tentum ac uinctū p̄ sūmū
furorem Ariopagū duxerunt, Marcus etiā
suo euāgelio ad Iesum Saduceos uenisse il-
ludendi grana refert, Tunc quos uisum ē:
qui p̄ omnibus uerba facerent: sic exortos
esse: Magister Moyses / scripsit: Ut si cuius . *Or. ar. 10.*
frater mortuus fuerit: & dimiserit uxorem:
& filios non reliquerit: accipiat frater eius
uxorem ipsius: & suscitet semen fratri suo.
Septem ergo fratres erāt: & primus accepit
uxorem: & mortuus est non relicto semine

Lucas de
Paulo . act.

10. 2.
Marcus de
Saduceis

• & secundus accepit eam: & mortuus est: &
nec iste reliquit semen: & tertius similiter.
• Et acceperunt eam similiter septem: & non
reliquerunt semen. Nouissima omnium de
fūcta est mulier. In resurrectione. n. cuius
erit uxor? Quibus ille (ut scire) ita & pie re
spōdit. Erratis nesciētes scripturas: neq; uir
turē dei. Cū a mortuis resurgēt: neq; nubēt
neq; nubēt: sed erūt similes āgelis dei. De
mortuis autem q̄ resurgant: nō legistis in
libro Moysi quomodo dixerit illi Deus:
Ego sum Deus Abraam: Deus Isaac: Deus
Iacob. Non est Deus mortuorum: sed ui
uorum. Ex quo liquere tibi satis posse ar
bitror: resurrectionem ipsam omnino supra
uires esse: facultatēq; naturæ: & solius Dei
esse hoc munus: infinitaq; potentia: cuius
maiestati atq; imperio omnia parent. Atq;
ut ad eiusdem rei ueritatem uniuersus or
bis duce deo se se conuerteret. Voluit chri
stus tandem mysterium hoc re ipsa doce
re: ut mortuus: tertia die: idem splendidissi
mus resurgeret: seq; conspicuum ac tractā
dum exhiberet. Simulq; in omnem terram
uoces apostolorum ac pphetarum illud i
sonauerunt: nuncq; etiā quondie ecclesia in

sonat. Sed ne deseramus icepta. Alii quoq; Alia opio
in hac hæreſi uersati sunt: ut quoniā iuxta
Matthæum scriptum est: Spiritus quidem
promptus: caro uero infirma. Et Paulus
ad Corinthios scribit. Caro & sanguis re
gnū dei non possidebūt. Idemq; ad Gala
thas. Caro cōcupiscit aduersus spiritum: &
spiritus aduersus carnem: terrenū corpus:
quod sedula collucatione uexat: ac con
cutit spiritū: nec illū sinit exire: & pminere:
magis uero egregius sēp & melionibus ob
stat: indignū habendū omnino esse: quod
resurgens cum uictici aīa: & innocentissi
mo spū municipatū: triūphūq; illius cele
stis regni: ac sēpiterne beatitudinis capiat.
Sed res cur nō ita sit: quoniā facile ē osten
dere nō lōgis ābagibus cōtra hos simplices
ac rudes hoīes scripturarū testimonia supi
ne accipiētes: & occidētē litterā puenlitem:
& absq; sale (ut dici solet) interpretantes no
bis erit uelicādū. Duo hæc inesse humanis
corporibus: aīa aduertenda sūt: natura: atq;
uitiū: aut certe unū tātum: quod dicamus
uitiātū īgeniū. Tū. n. euigilatis corporibus
uina detrahent: manebit uero natura labi
bus defecata prionibus: quod aliud certe ni
hil ex testimoniis quę isti iduxerūt cōclusū

iri potest. Qui tamē si p̄tinacius isteterint:
ualeāt sine corporibus: cū se se dimidios:
Opinio mil
le annorū q̄ toros atq; integros malint. Possem refer
re hoc loco mille annos: quos gr̄ecorū nō
nulli animas ad ripā lethei fluminis agere
Virgilius uoluerunt.

Donec longa dies p̄fecto tēporis orbe
Concretā exemit labem: purumq; reliquit
Aetereum sensu. n. Ut poeta iqr: easq; rursus lu
stratis prius sup̄is/ ad crassiora hęc corpo
Pythagoras ra se se conuerrere, Cui opinioni Samius il
le Pythagoras cōsensisse uideē. Possē item
Aegyptii egyptiorū portētiosa deliramēta. Possem
aliorum uarias & iēptas stultitias. Sed ne
lōgiores uideamur q̄ oporteat: satius erit
his missis in quæ iā longius sumus eucti:
p̄positā rem argumētis firmare: quæ reuin
cere neq; ipsi philosophi/ neq; pseudo fide
les ullis facile ratiōibus possint. SER. Pre
clare tu qdē iā quasi ueritatis iugulatis ho
stibus/ nūc tua tuebere. MA. Maxime istuc
uelim. SER. Cōmode id poteris/ si iam ue
lis. MA. Te nescio ne assentatorē dicam: q̄
mihī tā sepe blādīns: adulan̄s: obsequīns. SE.
Mitte queso de me hoc suspican: sitq; mihī
fas apud te nō ignota loq; MA. Nūc uero

an non de integro palpas? SERA. Deus
mihī benefaxit: ut hodie cōtēptor es tui.
MA. An nō p̄ndie? SER. Iocans ut uideo:
nec n̄ su te p̄dis. MA. Tu uero q̄ rideas:
iocari fortasse me dicis. Sed ne id etiā arbi
trere: iam serio eloquamur. Itaq; ut quod
polliciti sumus ipleamus. Animorū p̄petui
tas: quā ante satis ostēdimus/ corporum re
surrectionem/ & Thome nostro: & plenisq;
Theologorū exigere p̄rius uideē. quoniā
naturaliter aīus & ex sui essentia (ut illi di
cunt) est corporis forma: & ordine. atq; in
stitutione diuina spectat corpus humanū
nec alio omnino est diffinitus. Quod cū
ita sit: p̄fecto innaturale ac uiolentiū dicen
dum est: ut sint a se inuicem ista disiuncta:
corpus & animus. Quod aut̄ huiusmodi
est: certū ē: diuturnum esse non posse. Ne
cessē igit̄ est: ut animi/ quoniam/ sicut dixi
mus p̄manentes sunt/ ac sempiterni/ aliquā
do reuoluantur ad mortua corpora: ut offi
cium/ munusq; naturæ obeant sue. Quod
sane cum Plaro ipse uidisset: ut auctor ē di
uus noster Aurelius/ reditū posuit aīorum
ad corpora: quanq̄ ab ea ueritate/ quā nos
fide cōplectimur: lōge recesserit: ut nō per

Immortali
tas aīorum
resurrectio
hęc corporū
exigit

Plato
Aurelius

obire
cōtere
p̄ficere
p̄sentare
mcll

Desideriū
aiā resurrec
tionē exi
git

Iohānes
Apo. 6.

ceperit ea ipsa corpora uiuificanda: quę ex
tincta iam fuerint: sed alios denuo partus
censuerit subeundos. Præterea nō exigū
argumentum est illud uitæ futuræ ex inte
gro homine: quod felices animæ ex uitæ corpo
ribus adhuc precari sibi illa non desinunt:
Cui rei probandę non parum fidei habere
mihi uideat uisio illa Iohānis apostoli: quā in
apocalypsi ita describit. Vidi sub altare dei
animas interfectorum propter uerbum dei &
testimonium Iesu Christi: quod habebant
uoce magna clamantes: Usque quo domine
sanctus & uerus non iudicas / & uindicas
sanguinē nostrum / de his qui in terris sūt?
Et data sūt eis singulę stolę albę: & dictū
est eis: ut quiescerent adhuc modicū do
nec impleat numerus conseruatorū & fratrum
eorum: qui interficiendi sunt: sicut & illi.
Quod futurum opinamur sub id tempo
ris: quo truculentissimam persecutionem in
ecclesiam sanctā exercebit hostis nefādissi
mus Antichristus. An esset oro rāta illis ha
bundorū corporum cupido: si res ipsa fie
ri non posset? An tam accēso studio nouis
simum iudicium anhelarent: si instinctu na
turæ quæ frustra nihil agit: nō incenderen

nos it. Vm dei
redimimus in su & m

tur. Aut etiam stolatis singulis illis quęsci
te dicere: quatenus sanctorū numerus im
pleatur: si animus corpore non indigeret /
tanquā altera sui parte prius beatitudini pfi
ciundæ necessaria. Illud etiam iam satis ite
ligimus Deum propter se hominē condidit
se: cetera uero omnia / & quę potissimū cor
porea sūt: hominis causa: ut illis homo præ
esset dominare: quod ut ipsalmo Dauid aper
te declarat / cum ait: Gloria & honore coro
nasti eū dnē: & constituisti eū super opera
manuum tuarū: Omnia subiecisti sub pedi
bus eius: oues: & boues: uniuersa insup &
pecora campi. Quod quidem etiam Oui
dius poeta sic cecinit:
Et quod dominari in cetera posset:
Natus hō in terris est. Quod si ē uenissimū
ut propte fatēdū ē: hō ergo ceterorū corpo
rū oīum finis præcipuus est: planeq; & cā.
Cū uero multa corpora sint icorrupta iui
labiliq; natura: ceu cęlestia atq; elementa: il
lud conseq; necessariū ē: ut corpora hoīum
sēpiterna sint: quæ illos orbis cęlestes: ele
mētaq; possideāt. Præstātora. n. semp illa
dicimus: quorū gratia cetera sūt: & in quę
reliqua ut in finē intēdūt: Sed hoc fieri quō

Quoniā hō
ē finis cete
rorū oport
et resurgat.
Dauid.

D
Z

potent: ut humana sempiterna sint corpo-
ra: nisi resurrectionē ipsam a corruptione:
& habitū a priuatione dederimus? Neq; ue-
ro quisq; obiecerit / hoc dictū esse de homi-
ne: ut creature domine: supioresq; illas ac
lucidas sedes inhabitet / q̄tum dūtaxat ad
animū spectat: quoniā humanus animus
secretus a corpore tenuis quidē spiritus ē:
tam lato spatio / locoq; diffuso / quo conti-
neat non idigens: quēadmodum neq; reli-
quas spirituales substātiās dicimus indige-
re. Deniq; (ut sepe ante diximus) ad cōplen-
dos oēs uitæ beatæ fines. solus animus ne
quaq; satis est: sed societate corporis indi-
get: a quo diuulsus / homo certe appellari
non potest: quoniā de eo prædicari nequit
tota hominis ratio. Nec prætereundum no-
bis est illud: triplicem ab diuina solertia in-
stitutam esse naturam: qua numerus p̄fec-
tus: ordo: ratioq; absoluta creature cōtine-
ret: Vnā quidem spūalem: quā substātiās
separatas philosophi esse dixerunt. Alterā
corporeā: qualia sunt elementa / orbescq; cæ-
lestes. Tertiam uero ex utroq; cōpositam /
atq; p̄mixtam: & huiusmodi hominē esse:
Ceterum duas illas extremas / spiritalem ac

Alia resur-
gēdi rō

corporalem pennes futuras: quod quidē
facit: ut eodem modo creatura media / atq;
complexa sempiterna dicēda sit: ut etiam
de hoīe ipso deus / naturaq; curasse uideat̄.
Sed fieri alioq̄n certe non potest: q̄ q̄ hōi
uitales adhuc sensus post mortem tribua-
mus. An illud ē fortassis addubitabimus:
Omne quod naturaliter actiuū uirtute di-
cit̄ sua) passiuum quiddam habere submis-
sum sibi / atq; præscriptū: circa quod & agē-
do & opando uerset̄? quodq; & pati & re-
cipere possit? Sed anima est huiusmodi ip-
sa: ut p̄petuam agilitatem ad motum / opa-
tionemq; ad uitā corporis habeat efficiēs
in eo facultatem sentiendi: uegetandi: gra-
diendiq; ut maxime Aristoteles inquit: Er-
go illius actio / uolucrisq; mobilitas: cū ad
corpus relationem importet̄) ita facit / ut in
ipso potentiam oporteat esse passiuā: quæ
iugem eiusdē animę actionem / p̄petuūq;
uigorem excipiat: quod quidē ipsum etiā
quomō stare iā poterit: ubi de resurrectione
ipsa titubemus? De qua sane ch̄nstiās no-
bis quę certior fides adhuc requirēda est
q̄ illustis illa atq; magnifica saluatoris no-
stri & immortalis dei corporalis resurrectio:

Alia resur-
rectionis
oportunitas

Aristoteles

Ch̄nsti resur-
rectō nostrā
oīo exigit

Paulus

1 Cor. 14

Phil. 3

Christi pol
licitatio

Job. 12

Resurrectio
scoti in mor
te christi

Cum ille iam resurrexerit: ^{an nos?} qui eius
membra sumus: eiusdemque humane naturae
consortes: resurrectioni nostrae diffidere ui
deamur? Si christus inquit Apostolus) pra
dicat quod resurrexit a mortuis: quomodo quidam
dicunt in uobis quoniam resurrectio mor
tuorum non est? Et ad Philippenses scribit.

Gloria eorum in confusione: qui terrena
sapiunt. nostra autem conuersatio in caelis
est. Unde & saluatore expectamus domi
num nostrum Iesum christum: qui reformabit
corpus humilitatis nostrae configuratum cor
pori claritatis suae secundum operationem qua
possit etiam subucere sibi omnia. Itaque fra
tres mei carissimi & desideratissimi gaudium
meum & corona mea sic state in domino sem
per. Sed quanto maius testimonium est illa
eiusdem saluatoris & dei nostri promissio: quod
ascensus in caelum: Vado inquit parare uo
bis locum: Atque illa uolo patere ut ubi sum
ego) & minister meus sit? Itaque ego sum re
surrectio & uita: qui credit in me: etiam si mor
tuus fuerit uiuet: & omnis qui uiuit & cre
dit in me non morietur in aeternum. Age ue
ro non satis signi nobis esse potest sancto
rum patrum resurrectio ea quam domino

pendente factam esse euangelia referunt!
cum illi ciuitate sanctam ingressi se se palam
plurimis fecerint? An non ipsa monumen
ta patefacta (ut homines taceant) uideri de
buerunt hanc prope uocem emittere. En primi
tie: En testes: En sponsio: En certa fides ui
rae futurae? Ita ne? SER. Ita prius: quauis in
re adhuc non nihil dubii inesse coniecter.
Sancti illi iterum ne mortui sint: an adhuc
uiuunt: uicturique sunt semper? MAT. Et te
illud etiam non mouet: utri prius resurrexe
rint christus. an isti? SER. An refert? MA.
Quam maxime; sed tamen utriusque alterius te
ponis: lationisque negotii erit: cum uoles. Nunc
tantum quod praesentis propositi est ad aduerte.
SER. Id tam libens ago: ut te dicentem nusquam
ausum interpellare: nisi uolentem me agiter
scrupulus. MA. Hic. n. mos tibi semper fuit
ueluti peculiaris: ut modestus esses: ac uere
cundior. Sed rem persequamur. Hic omnes
homines (qui sunt aut unquam fuerunt) interrogo: &
eorum uehementer repro prudenciam: num iustus
dicendus sit deus? Quod cum dixerint: num uelit
ac possit curare de homine: & ei reddere iuxta
opa sua? Hoc negat: ubi iustitia? Affirmet:
an amplius erit dubitandum quoniam & corporibus

Alia o. d. seu Q

Alia o. d. seu Q

Iustitia dei
requirit resur
rectionem

ipsis: que fuerunt animis societate cōiuncta) uel p meritis p̄mia: uel p facinoribus poenas redditurus sit: Vt licētius dixerim: deus esse nō pōt: qui idē de rebus nō iuste decernat. In iuste autē decernere: si secus ac diximus agat: uideri oīo oportebit. **SER.**

Nihil dici uerius potest: faciliusq; defēdi: q̄ q̄ iustus sit deus. Sed cum hoc dicas resurrectionem corporum postulare: ut recipiant uel bona uel mala p meritis: difficultas non parua inde mihi subonē. **Cut** igne purgatorio corpora ipsa una cum animis etiam non depurent. Nō ne & hoc diuina iustitia postulat: ut quēadmodū simul se se malis poluerunt: ita & simul expientur?

An non tu putas eum iudicem p̄niquum: qui duos eiusdem criminis reos non pari supplicio plectat? Vnum absoluat: alterum cruciet? **MA.** Hæc sane quæstio dudum mihi uisa est difficillima: atq; i ea ipsa quærenda fui plerunq; non segnīs: eāq; i coronis nostrorum differentiū theologorū etiā quandoq; ptuli. Sed cum neminē repirem: qui rem satis enodaret: & quod certū esset: constitueret: adiuu tandem hominem quēpiam: sane doctū: in quo multa rerū cogni-

tiō: & eloquii suauitas erat: & quem alias scite: atq; subtiliter differentē audierā: quē omitto i p̄sens nominare. **Is** priore congressu corpora (inqt) purganda mortis acerbitate scelus eluūt: aut certe animus ipse p corpore plectit cōgeminato piaculo. **Ego** contra cū responderem: quid iniustius q̄ ut quisq; poenas p altero luat: aut quonā pacto p mortem corpora ipsa purgabunt: cum mors equo pulset pede: ut Flaccus diceret: & innocentissimorum hominū limina: & p̄disimorum turres? eaq; sit nō in expiationem facinorum: sed in poenā originalis culpæ iflicta hominum generi? **Alle** subridens: ut q sibi neq; satisfecisset: mox quæsiuit firmiora p̄sidia: atq; satius (inqt) hoc mihi uideēt. Porro ut dicamus: cū animis corpora purgari debere: sed illud minime fieri: quoniam non (nisi absurde: atq; p̄postere) fieri posset. Itaq; mortua iā corpora semel: alioquin purgari non possēt: nisi a morte resurgerent. Quod sane fiat. **Reuiuiscant** atq; purgent̄: cæterum purgata ad superos ne migrabunt una cum animis: an iterum morient̄? **Vtrum** concesserimus: ut est necesse concedi: inconuenien-

Flaccus

Q̄

bi no p̄ma
Q̄
Cur corpora cū aīs nō purgant̄

Difficillima quæstio

Difficillima quæstio

missimum illud erit: & absurdissimum. Dicantur hec corpora exuta iam labibus simul cum animis in caelum ascendere. Erit ne id sine iniuria & offensione sanctorum / qui nihil in uita patrarunt diluendum! & eorum nihilominus corpora felicissima uermibus & corruptioni obnoxia foede, ac turpiter iacent? Erit sine calumnia celestis sapientiae Pauli: qui omnes simul in momento in ictu oculi in nouissima tuba resurrecturos dicit: nisi forte admirabilis excellentiae gratia Diuam Virginem Iesu Christi parentem exceperimus. Cuius corpus ossaque sanctissima cum nusquam post eius obitum repta sint: celebri opinione / & consecrata iam fide in caelum creduntur ascendisse? Aut certe dicantur iterata morte dissolui. Sed nihil diuinae iustitiae potest magis esse contrarium: quae (ut scriptum est) neminem damnat bis in id ipsum: & originalem illam noxam (quam contrahimus ab utero matris) sanxit una tantum morte sanari. Ex his igitur satis conicere possumus: diuino consilio hac in re ordinem praetermitti iustitiae: qui quidem si seruandus esset: incongruentissimum id quod maxime uideatur. Reclamaui hoc loco

heus tu pater: si licet: bona cum uenia loqui. Est ne ulla res talis: quae diuinam possit labefactare iustitiam: ac diuinum fugere consilium? An non uides deo sic te crimine imponere. Hoc ubi accepit: Sine praedicio ueritatis inquit: adiciam quod noua mihi quaedam nunc cogitatio offert. Corpora haec ne diuina iustitia dispedium faciat: dicamus infirmitatibus: dolonibus: fame: nuditate: inopia: & huiusmodi reliquis in uita purgari: Aut in exitu uitae iis dari grauiora tormentata: aut certe quod uis aliud supplicium occultum mortalibus nobis. Cui iterum ipse oro te inquit: non uides omnia ista multo secus euenire: quam dicis multoque minus agi in his sepe cum malis quam cum iustis hominibus? Postremo ille Deus immortalis respondit: perquam belle & argute reuerbras. Sine pariter si quod inuenio. Tum ego ut alto & exacto ingenio es: quod meis cogitationibus roties inpremeditatus: inermisque responderis. Haec atque similia me persequente: Accipe inquit: quod ultimum omnium dicturus sum: & ultra quod uideo nihil. Humanus animus rector humani corporis est: quod corpore ipso non aliter quam instrumentum quoddam uti dicendus est. Quam ob rem Crispus historicus inquit. Impio quidem ani

Salustius

mi. Seruitio uero corporis magis utimur.
- Alterum nobis cum diis: Alterum cum bel-
luis commune est. Itaq; omnis laus actio-
nis humanae: similiter autem & uituperiū
solum certe animum spectat: Ex quo tota
siue recte factorum merces: siue flagitiorū
ignominia praesertim animi est. Hic tantū
uel praemis cumulandus est: uel poenis af-
ficiendus: cui tamen aliquando dandū est
corpus: ut tandem ea ratione instauretur. h. o.
minis tota natura: quae merito instauranda
esse uideatur in fine huius uitae mortalis: sicut
litterae diuinae testantur. Nihil est opus ad luē-
da supplicia resurrectio carnis. Sed propter
hominis reformationem perfectam. exigitur:
qui ex utraq; animi corporisq; natura cō-
ponitur. Habes quātum ipse de re ipsa possim
respondere: nisi tu quid subtilius uideas.
- Tum ego me me comprimens humanitati
hominis gratias egi: mansitq; ille: ego di-
scessi. SER. Tibi ne faciunt satis: quae acu-
tus hic homo & prudēs disputauit. MA.
- Non illa certe usquequaq; contemno: quo-
niam neq; legi: neq; audiui potiora. Sed
uide ne tu bilinguem me forte esse putes:
qui paulo ante dixerim deum iustum esse

non posse: nisi reddat aliquando corpori
bus uitam uel in meritum: uel in poenam
suorum ante factorum. & nunc uidear assē-
tin homini dicenti: nihil ad corpora poe-
nas uel praemia attinere. SERA. Imo uero
iam in ultimo labio id suspicionis uenerat.
eramq; dicturus tum: cū ipse dixisti. MA.
- Magnos habet auctores ratio illa diuinæ
iustinae: & iter ueteres theologiae recētesq;
magistros de re nulla dissensio est: certisq;
sacrarum litterarum testimoniis abundat:
quale est illud Pauli ad Corinthios: quibus
in fide titubantibus. Adhuc enim estis in
peccatis uestris inquit. Ergo & qui dormie-
runt in Christo: perierunt? Si in hac uita
tantum in christo sperantes sumus: misera-
biliores oibus hominibus sumus. Si omni-
no mortui non resurgunt: ut quid & nos
periclitamur omni hora? Quotidie morior
propter uestram gloriam fratres: quam
habeo in Christo Iesu domino nostro. Si
secundum hominem ad bestias pugnaui
Ephesi: quid mihi prodest: si mortui non
resurgunt? Manducemus & bibamus: cras
enim moriemur. Nolite seduci. Corrupti
- n. bonos mores colloquia mala. Iam quoq;

Paulus

p^o cor. 19.

rubicinantem illum omnis ecclesia audit.
Nos omēs manifestari oportet ante tribu-
nal christi: ut recipiat unusquisq; ppria cor-
poris sui: prout gessit: siue bonum: siue ma-
lum. An non pari causa Philippēses forti-
esse animo iubet: ac cōtēnere carnis illece-
bras: Expectātes saluatorem: qui reforma-
bit corpus humilitatis humanæ configura-
tum corpori claritatis suæ. An etiā non cer-
tū est satis Danielē hoc ipsū his uerbis cō-
restatū fuisse: Ecce qui nūc dormiūt: uigila-
bunt: alii quidē ī uitam æternā: alii ī obro-
briū sempiternū. Quis uero addubitabit:
uirū sanctissimū Job: cū iam carnē suam cer-
neret ulcere exesam: singulaq; mēbra præ-
mortua uix cōpage cohærere neruorum:
oēm aī merore hoc leuasse solatio. Scio qd
redēptor meus uiuit: & ī nouissimo die de
terra surrecturus sum: & rursus circūdabor
pelle mea: & ī carne mea uidebo deum sal-
uatorē meū: quē uisurus sum ego ipse: &
oculi mei cōspecturi sūt. Reposita est hæc
spes mea in sinu meo. SER. Quæ de diui-
na iustitia dixisti: quo qdē certiora sūt: eo
magis difficultatem adaugēt: ut oportere
uideat eum: cui tanta iustitię laus tribuat:

Daniel

Job

Job 19

Job 19
Job 19
Job 19
Job 19

Job 19

nōn omittere in expiata hominum corpo-
ra in claro illo empyreo fulgore uersari.
MA. An credis tu oīa diuina cōsilia homi-
ni cognita. SER. Ergo hoc dicemus archa-
num. MA. Cur nō dixerimus. SER. Ut ui-
deo res ista explorata nemini ē. Quare eā
relinquētes uideamns: si iuuat: prater id:
quod fateor te plenissime de resurrectiōis
necessitate docuisse: quīsnā modus eiusdē
pficiendæ ī eodē cadauere numero. MA.
An nō diximus rē istā supra uires esse: me-
tasq; nature: ac solius dei munus. Insuper
tu inquit Paulus quod seminas: nō uiuifica-
tur: nisi prius moriatur. Et quod seminas
non corpus: quod futurū est seminas: sed
nandū granū: ut tritici: aut alicuius cetero-
rū seminū. Deus aut dat illis corpus: sicut
uult: & unicuiq; seminū ppriū corpus: Tra-
dūt qd de aīalū naturis scripserūt. Pelicanū
auē egyptiā pullos extinctos ī lucē excita-
re cōplūe sāguinis: quē spē pfūdit pec-
tore sibi cōtuso. Phenicem post lōga secu-
la senescētē deflagrare: ex ossibus deīde &
medullis eius nasci primo ceu uermiculū:
demū inde fieri pullū. Mustellā uisū adēp-
tū carulis apposita herba restituere solitā.

Paulus 1^o cor. 15

Pelicanus

Phenix

Mustella

Elementorū
cōuersio

Obserua
incredule

Helias
Heliseus
Thabita
Petrus
Paulus

Iohānes
Drusiana
Martinus
Plato
Plinius

Amola

Elementorum deniq; mutuam alterutrāq;
cōuersionis uicissitudinem quis ignorat?
Possumus igit nos resuscitandorū homi-
num admirari rationē: quā in tot natura
animalibus / & ī ipsīs elementis quotidie
mundus imitat; An anguste adeo de omi-
potentia dei crediderimus: ut nō possit il-
la: quantum p̄ illam muta animātia: insen-
sibilisq; materia potest? An quod p̄ sepe cē-
teri homines factitarūt: deo ipsi: qui homi-
nem cōdidit: rerūq; naturas detrahemus?
Regum tradit: historia: Heliam mulieri ho-
spiti mortuum filium incolumem reddi-
disse. Heliseū Sunamiti. In actibus aposto-
lorum Thabitā mortuam a Petro euoca-
ram mox apertis oculis legimus resedisse.
Paulum adolefcētem p̄lapsum de fenestra
cenaculi: iamq; extrictum iussisse uiuum abi-
re. A Iohanne Drusiana e pheretro Ephe-
suis est restituta. Martino trium mortuorū
laudi est resurrectio. Verum quid ista cō-
memoro: quādo ēt Plato philosophus in
Timeo hoīem referat suscitātū: Et plinius
ī naturali historia scriptū reliquerit Amola-
m consularem in rogo reuixisse: & quo-
niā praeualēte flāma enpi nō potuit) fuisse.

crematum? Idemq; L. Lamio praetorio uiro
accidisse? Bello quoq; siculo Gabienū uirū
fortissimum captū a Sexto Pompeio / iussu
eius incisa ceruice / & uix coherēte iacuisse
in littore tota die. Deinde cum ad ues passeret:
illū gemitu precibusq; a cōgregatis petiisse:
ut Pompeius ad se ueniret: aut aliquem
de stipatoribus suis mitteret: habere at ab-
iferis: quē renūtiaret. Misisse plures ex suis
Pompeium: quibus Gabienus dixit: place-
re Diis manibus Pompei partes / & causas
pias: p̄inde euetum futurum / atq; optarer.
Iussa se nūtiasse: argumētū fore ueritatis:
q̄ pactis mādati p̄tinus expiraturus eēt:
Idq; ita euenisse? Persae etiam ut aliquādo
homines reuiuiscant: sintq; deinde immor-
tales nō dubitant. De disciplina uero ma-
gorū Eudoxus Cnidicus mortuos inde
reuicturos asserit. Oro tu mihi dicas: cur
manus dei ista non possit: quæ etiā genti-
les ipsi facta esse / atq; etiā futura testant;
& credūt? Quis. n. hoc loco Platonē aut
Plinium testes citauit? Quis Persas ac Ma-
gos? christiani ne? quorū adhuc nec quidē
nomen eluxerat? an non magis: quia ueri-
tati: ut Anstoteles inquit / omnia cōsonāt:

L. lamius
Gabienus
S. Pōpeius

Persae

Eudoxus

Plato
Plinius

Anstoteles .j. ethi^{ca}

Falso autē cito etiā dissonat uerum. **SER.**
Mibi satis quasi reconditam ueritatem ex
sacris quibusdā & uctenbus abditis apui
sti: Nihilq; superesse iam mihi uidei: quod
pr̄terea querēdum putem. **MA.** Quoniā
iḡit̄ de certa resurrectionis fide que itercur
renter dicēda nobis uisa sūt) quomō potui
mus) iam satis explicauimus: nunc ad id
(quod sequit̄) duce deo transeamus. Ac pri
mo de ipsorū corporū donbus dicamus:
ut antea fecimus: cū de animorū gloria lo
queremur. Quas quidem quattuor nostra
res theologi esse tradiderūt: & earum unā
claritatem: alteram impassibilitatem: tertiā
agilitatem: postremā uero subtilitatem ap
pellati. Deinde p̄sequemur singulorum sen
suum singulares delicias/ obiectu atq; mo
tu rerum cælestiū ductas: atq; alia fortasse:
que ut magis minus ue accendit̄ sermo) oc
currere dicentibus solēt. **SER.** Me nimirū
delectat hic ordo: atq; quod ad primā par
tem attinet; qualis erit ista corporum clari
tas, **MA.** Beati siquidē omnes sereno cor
pore erunt illustri atq; p̄spicuo/ soli q; simi
limo quemadmodū iuxta Mattheū domi
nus inquit. Fulgebunt iusti: sicut sol in re

De q̄tuor
corporis
donbus

Dos clari
tatis
Mattheus

13. 13.

gno patris mei: qui quidem sol Isaia uati
cinio tunc septies fulgentior erit/ q̄ nunc.
Inq̄. n. ille. **Erit lux lunæ/ sicut lux Solis:**
& lux solis/ septēpliciter/ sicut lux septē die
rum. Proficiat̄ ceñ uero & emanabit tāta hu
iusmodi claritas ī corpora ipsa ab aīorum
splendore: quem illi hauriūt dei serenitate
cōspecta. Neq; n. beatitudo illa p̄sertim
corporum est: ut eā in se ipsis haheant: sed
ab aīs effluit. Et ut cælestis illa lux/ dei q;
claritas sempiterna/ sanctorū animos implet:
ita eorūdem animi corpora. Erūt etiā mem
bra singula quasi cristallus peruia/ & quasi
aurum flauescencia/ sublata ab iis omni ob
scuritate īpurionis caliginis/ crassionisq; ma
tenæ adeo/ ut nexus/ compagoq; corporū
harmonia: uenæ sanguinis: & ceterus hu
mor: ossa: atq; medullę & sūmi artificis dei
solertiam p̄ferat̄: & aspiciētes mirabili
q̄dā uarietate delectēt. In tāta nihilominus
claritate atq; fulgore appebit oīs illa co
lorū lineamētorūq; & parua & maxia &
mediocris distinctio: que ē idex p̄fecti ope
ris & exactæ naturæ: & unaquæq; corporis
pars/ situsq; mēbrorū p̄ cōueniētia naturali
ppriis ita coloribus uariabit̄: ac moderata

Isaias

30.

Vnde hæc
claritas

lucē splēdēscet: ut non idē omnino color
non æqua claritas cōpleat omnia mēbra:
sed sint manus: pedes. oculi: ora: osia: hu
moresq; uaria specie distincti: uarieq; lucē
res: Sicut & modo pictorū tabulæ distinctæ
mille coloribus: aut gēmatæ uestes/ auroq;
cōtextæ ad obiectum solem/ & illustrē cla
ritatem/ simul & uariatam decentiā osten
tant, Atq; huiuscemodi corporū splēdor
animorū imitabit gloriā: ut tantus ille sit:
q̄tra sit illa: quæ sane etiā ex corporibus ip
sis sic inspicere poterit: ut ex uasculo uitreo
uini: alterius uel liquoris species/ colorq; p
spiciat. Subsequit̄ deinde altera dos: quæ
quidem impassibilitas siue indolētia dici
tur: p̄ quā ita se corpus itus/ extraq; rube
tur: ut nulla extrinsecus ui: aut itenori ele
mentorū discordia corrūpi amplius lædi
ue possit. Ita. n. fiet solidum: inexpugnabi
le: immortaleq; ac tāti roboris: ut ad illud
nullus morbus. Nullus dolor: Vis nulla
æstus: uel frigoris: famisq; uel sitis possit
penetrare. Sed neq; qcq; obstabit/ quo mi
nus illesum incedat/ si uelit/ p̄ ignē ipsum:
& æquoris undas: q̄ si in speciosissimo ac
suaue olēte uireto/ eburneo strato quiesce

Indolētia
atq; ipassi
bilitas

ret. Inferni uero tenebrosas umbras si pe
tat: oīa penarum atq; terrorū genera pene
trēt: demonū fremitus: uocesq; merētū au
diat. Nō modo nihil patiat̄: sed ita p̄cul sit
ab oī metu: q̄ reliqua sāctorū corpora ī ip
sa cæli tutissima gloria. Tūc sane illud īple
bit̄: quod ī apocalypsi Iohānes cælesti uo
ce se dicit audisse. Nō esurient: neq; sitient/
neq; cader sup illos sol: nec ullus estus. Et
absterget deus oēm lachrymā ab oculis sāc
torū: & mors nō erit ultra: neq; luctus: neq;
clamor: sed nec ullus dolor: que prima abie
rūt: & dixit q̄ sedebat ī throno. Ecce noua
facio oīa, Et illud quod qdē Paulus ad Co
rīthios scribit. Oportet. n. corruptibile hoc
induere ī corruptionē: & mortale hoc ī due
re īmortalitatē. Et nūc sermo fiet: q̄ scriptus
est. Extincta est ī uictoria mors. Terrę uero
dotis est p̄ celerē quandā mobilitatē ipsius
aī uigorem imitatē corpora agilia/ atq; le
uia efficiere: ut ubicūq; spūs uelit/ præsto il
la sint: possintq; eadē p̄nicitate: qua mēs ip
sa & cogitatio īfinita terrarum spatia/ celo
rūq; metiri: nihilq; īpediat: quin ipse aīus
una cū corpore ex illa cælesti arce īceptibi
li q̄dem momēto/ cū uelit/ ad has īfenores

apocalypsis
apoc. 7. et ysa. 29.

Paulus
1 cor. 15.

3^m. c. Agili
tatis

mūdi partes delabaſ: deīde ēr dicto citius
terris excedens/ ad excelsa euolet: & huc
atq; illuc uageſ. p. omne ſublime/ nūc q; iter
felices angelonū choros. nūc iter pphetarū
& apſtolonū ſedes: nūc iter martyrū uirgi
nūc q; careruas/ uel molliter ac paulatim īce
dar: uel celeni uolatu diſcurrat: Nec ī ipſo
motu/ curſuq; citiſſimo plus oīo labors ſē
tiat/ q̄ ī q̄ete/ & pulcherrimo ocio. **Quartā**
atq; extremā corporū dotē **ſubtilitatē** no
minare ſolemus: q̄ p eā facultas uniuscu
iuſq; rei penetrandæ corporibus attributa
ſit: ſemota ab iis ea mole/ atq; ſegnitie: qua
ī hoc terreno domicilio circūſuſa erant: ut
rā facile quocūq; ferant/ penetrētq; ac diui
dāt oē congeſtū/ tenaxq; & ſolidū: q̄ ſpūs
ipſe: quo ē nulla uirtus penetrabilior/ atq;
celerior. Nūc. n. ut mētis acies pmanēs īcor
rupta/ modo ſupa perēs ſe ſe ī cōrēplandis
pſpicendisq; rebus caeleſtibus ponit: mo
do ad ima deueniēs has habitabiles oras:
regna: nauōes: mariaq; colluſtrat: nec ullis
obicibus īpediſ: etiā nec ullo carcere cogiſ
quo minus exeat/ & p̄grediaſ: poteſtatēq;
habeat ſe altius efferēdi. Ita p̄fecto beati cō
ſimilem in corporibus uirtutem accipient:

De p̄te ſubtilite
Dos ſubti
litis

& æquatis (ut ita dixerim) uiribus quocūq;
animi penetrauerit/ & corpora penetrabūt,
• Nā quoniā humanus aīus corporis faces/
q̄bus īflāmani ſolet ad oēs fere cupiditates/
ſedulo Marte ſupauit/ atq; reſtixit/ iā plane
ob īſignē quaſi uictoriā/ partūq; riuūphū il
lud ſibi ita ſūmittet/ & parere oīo/ ac obſe
qui coget: ut quoquo uoluerit comite illo
īgrediaſ: indeq; exeat/ tanq̄ natura ſpūs in
illo recepta. Sed iā de donbus ſatis. Aggre
diamur & reliqua. **SER.** Te hactenus au
rea uerba loquētē/ ſic ītento aīo obſeruauit/
ut p̄cūctādi de his (quæ dubia uiderēt) nul
lū mihi fecerim rēpus. Ita me os tuum/ rei q;
dignitas allexit: ut p̄ſape interdicedū ſatis
neſciuerit/ uiderē ne iſta an audirē. Verūta
men/ ſiq; rē ſubtilius p̄ſcrutari uelit/ dubi
tabit fortaſſe ne iſta pie/ atq; religioſe ma
gis/ q̄ dilucide/ ueniſſimeq; dicāt/ & ut reliq;
omittā/ hac ne dote queſo ſubtilitatis ſcin
dent celum: terram: & omne reliquum cor
pus mēbra iſta ſanctorū/ an inuiolatis illis
penetrabūt. **MA.** Atq; illis inuiolatis, **SE.**
• Et ſaxū & calibē ſic penetrabūt. **MA.** Etiā
adamātē, **SE.** Oportebit igiſ uno q̄dē loco
duo ſimul corpora cōtineri: niſi exoſſemus *ſuūcia*
ea/ uerramusq; ī ſpūs reuel: aut uſq; adeo

Tranſino

De

q ex dicitur ex hinc
sensib9 corpora beatoru
et p ab oculis pcedu
unde a q p ordine.

difficiliq; subtiliq; materie futura dixerimul
ut se insinuet in oē corpus dunissimum: ceu
oleū cōsuevit lignū penetrare: & ignis i sili
ce /ferroq; latere. MA. Fateor quidē: si res
physice agi: ad legēq; naturæ huiusmodi
cuncta metimur: dari oportere duo simul
corpora uno tātū loco circūscribi nō posse.

Paulus

Sed hic natura succūbit. Paulus apostolus
cuius singula uerba ne dixerim sēsus supra
hoīem sūr: resurrectionē futurā i iisdē cor
poribus ad Philippēses scribit secūdū eam
opationē dei: qua pōt ēt subiicere sibi oīa.

Gregorius

Et Gregorius pōtifex / idemq; singularis ec
clesiæ doctor: Sāctōnū corpora / i q; eiusdē
materiæ enī: sed alterius glorię. Illa quoq;
ex ipso Paulo ē p̄clarę ueritatis sentētia.

Paulus

Seminañ in ifirmitate: surget in uirtute. Se
minañ corpus aiāle: surget spūale: non itel
ligēs mutandā esse naturā: sed spūalē illis
supaddi uirtutē. Non sunt ista naturæ: sed
gloriæ: nō mortalitatis: sed uirtutis: nō ui
tę p̄sētis: sed future: ut corpora ista scōrū
suis itegra membris solida: pulpas ossaq;
retinentia fūgantur his quattuor quas di
ximus) dotibus. An Pettum putas sua um
bra egrotos curasse? An chnsti corpus: qua

Petri ūbra

Corpus dñi

bra egrotos curasse? An chnsti corpus: qua

humanum esset & naturale / sicco uestigio
ambulasse per undas? Trāfigurantū plus
q̄ solē splenduisse: Foribus obli gnatis ad
apostolos penetrasse: & postremo actis hu
manis petuisse sublimia? Diuinū quippe in
his omibus aut glonofū quiddā emicuit.
SER. Pauca hæc / oēs difficultates soluunt /
quas mente cōceperā. Non intercipiamus
plunbus oro nostras paradisi delicias.

(c. 3. r. de delictis)

MA. Quoniā igit̄ sic placet: pcurramus fe
licitatē illā: quę ex quinq; exterioribus sen
sibus capi: atq; ab oculis icipiamus: i qui
bus tam multiplex ea ent: q̄ uanuis est pul
cherimus omniū uisibiliū rerū aspectus:
q̄ multa: q̄ diuersa cęlestiū locorū spectacu
la sūt. Sed quis satis poterit (nisi diuini elo
quii uiribus) cęli pulchritudinē tātis orna
tam astrorū luminibus referre? Quis lunę:
Solis: orbiūq; reliquorū situs atq; naturā?
Quis sublimē illum empyrei cęli cādorē?
qua quidē figura sit? quibus splēdoribus
emicet? quæ prata in eo sint uanis florum
uestita colonibus: quę spatia immēsa: quę
diuerticula amoena: quæ pomœria: quæ
theatra. quæ fora: quæ regiæ? Arq; illa oīa
quibus gēmis: q̄q; pretiosissimis margari

tis distincta sint? q̄ fuluo auro: argentoq; optimo exomata? Quis poterit in q̄ referre q̄ multis aliis beatorum uisio speciosissimis exciteſ illecebris? Sūma sunt hæc in finita: sempiterna: diuina: de quibus cū loquimur: quid aliud assequimur: q̄ q̄ hæc infima cū supremis cōparamus. Illud etiam (ut possumus) meditemur: quāta quidē cū uoluptate ex aperto cælo/ & sereno illo stellarum loco inferiora ista beati p̄spiciēt/ sensibiliaq; elemēta: ex confusis/ crassioribusq; pura & liq̄da admirabunt. Vel illos etiam descendētes/ ut uideāt/ q̄ sordidis locellis duxerunt uitā s̄ctissimā. Vbi suas calamitates: supplicia: & neces p̄tulerūt. Vbi ossa sacriq; cineres iacuerūt: atq; huiusmodi reliqua: quorū uidēdorū incredibilis quædā cupiditas etiā mortales nos solet iflāmare. Videbūt. n. ubi/ quotiesq; uoluerint: nō modo uniuersa/ quæ tūc erūt: uerū etiā (ut quidā putāt) oīa generabilia & corruptibilia: quæ cessante celi motu iā esse desierūt.

Vidēdi modus i beatis

Afferētes hi duplicē uidēdi rationē & modum eos habituros: uel p̄ receptas species ex creatura uisibili: quæ tūc erūt: uel p̄ simulacra quædā eorū/ quæ iam fuerūt: nec am

plius sūt: diuinitus se oculis iferētia: quas influxas species nominant. Atq; alii admirabile adeo i his uidēdi sensū fieri cēsent: ut anteriora simul/ & quæ a tergo sint: quæ ultra/ citraq; supra etiā/ & subter/ & ea quæ tam eminus/ q̄ cōminus uno intuitu cernāt. Et hæc quidā uel i deo rerū omnium causa atq; p̄ncipio: uel p̄ influxas (ut diximus) species aiūt fieri posse/ atq; futura. Sed quid putas beatitudinis erūt/ uidere christū deū hominis cōditore: & intuitu nescio quo ineffabili dei/ hōisq; in illo utranq; naturam? Corpus illud diuinitatis theatrum tenere/ atq; cōplecti: quod ideo ē crucifixū: ut nos ad gaudia ista tanta p̄ueheret? Quid de te dicā ipsius imortalis dei & saluatoris nostri/ alma parēs: quæ sup oēs sanctos: & angelorū ordines tantū gloria emines! q̄ tum iter matutinas nebulas lucifer/ & serotinas hesperus. An nō sola oculos oīum beatos efficeres? An ubicūq; esses: ibi cælum non esset? Quid de turba illa magna sanctorū quā dinumerare queat nemo ex oibus gentibus: & tribubus: & populis: & linguis? Vbi nescias ne magis deū in illis admirere: an illos in deo! Taceo quo plausu: qua

En Videre christū

Dei genitricem

Sāctorum multitudinem

2
Gusta &
exulta

immensa lætitia parentes ipsos: filios: fra-
tres: nepotes: necessarios: carosq; nostros
uisuri sumus. Tantę rei uerba deficiunt. Sa-
tius id tuę tacitę cogitationi relinquo. Sa-
poribus uero q̄ suauibus: q̄q; multiplici-
bus sãctorũ gustus p̄fundi crediderimus?
Nemo diffidat sensũ istum p̄p̄tia opatiõẽ
atq; optimo suo bono uacũ in sãptũ
sit. Beati q̄ uocati sũt ad cenã nuptiarum
agni. Itęq; beati qui esuritis quoniam satu-
rabimini. Et rurũ. Amē dico uobis: Faciet
pater familias seruos suos discũbere: & p̄-
cinget se: & trãsiēs ministrabit illis. Hic ue-
ro tu cogita q̄ exq̄siras epulas: q̄ lautas:
q̄ opiparas apponet pater iste familiã. An
putas huius temponis dapes & cõdimẽta:
Vitulum saginatũ: Capreã: leporẽ: anserẽ:
anaterẽ: turturẽ: turdũ: ficedulã? An pretiosa
illa genera pisciũ: murenã: rĩbã: accipẽserẽ:
mulũ: lupũ iter duos p̄tes Tiberis captũ:
trotã: carpionęq; benaci lacus? An pulmẽta
suauissima: sorbiciũculas: & mella cãnarũ/
miris cõfecta modis? An famosa illa uina
phalemũ: maluaticũ: mulsũ? An q̄cqd oĩo
excogitauit gulę libido: & p̄diga rerũ Lu-
xuries puo nũq̄ cõrẽta paratu: Et q̄sitorũ
terra: pelagoq; ciborũ Ambitiosa fames: &

laurę gloria mēse. An quod solent poete
canere: Nectar & abrosiã: latices/epulasq; Ouidius
deorũ: Lõge absit ab hac heresi nostra co-
gitatio/cõrestãte p̄sertim Apostolo: Nõ aplã
esse regnum dei escã & potũ. Sine patinis
atq; calicibus plena saporũ erunt guttura
ueneranda sanctorũ. Inhærebit. n. palatis
coniuncta uis quedã & continuata suauis
sumę sapiditatis: nõ ab alimẽto ipso: quod
tunc nullum erit/effluens: sed admirabili
quodã dei pudẽtia genita. Potro celestis
etiã odor: qui se se sãctorũ naribus diuini
rus insinuabit: rãtus ille erit: ut nullis uer-
bis enarrari queat. Cõparari ei thura mor-
taliũ: thimiamata: muscũ: cinamomum: &
quicquid sudant balsama ipsa: & spirãt: ac
redolent cynama: tale quippe est: quale si
cenosi gurgitis putredinẽ cũ optimis atq;
supremis cõferamus odonibus. Tangendi
uero sensus/ut est i uita multo acrior atq;
uehemẽrior cãteris affectionibus/ & titila-
tionibus corporis: ita & i patria erit multo
delectabilior. Hic i utroq; sexu/ in mẽbris
singulis/ secreta omni libidine/ ac fẽditate
omnimodã sentiet uim delectationis/ atq;
dulcedinem: nõ qualis nũc p̄ insanam libi-
l v

Odora pa-
rump

Defensu
ractus

Auriū uo
luptas

DAVID

Apocalypsis

Ex humāis
suspicare
diuina

dinem ex contactu alieni corporis capiē:
sed qualē nullus omnino sermo ualeat ex
plicare. Aures quoq; multo plures & po
tiores uoluptates capiēt: q̄ etiam indicari
queāt. Nunq̄. n. desinēt uoces illæ canorę
exultatiōis & salutis ī tabernaculis iusto
rū/ut Propheta idicat: nec exultatiōes dei
in faucibus eorū. Exultabūt deo adiutori
suo: iubilabūt deo Iacob: sument psalmū:
& dabūt tympanū psaltenū iucundū cū ci
thara. Buccinabūt ī neomenia tuba ī iligni
die solēnitatis eorum. Ibi cherubin & Sera
phim. Sanctus: Sāctus. Sāctus. penni uoce
clamātia. Ibi sonitus tubarū multarū ī apo
calypsi. Laus & uirtus deo nostro in secula
& aleluya clangentiū: Ibi uox illa cithare
dorū cithanzantiū in citharis suis: & can
tantium cāticum nouū: quod nemo dice
re potest: nisi illa centū q̄dragita quattuor
milia: qui empti sunt de ternis primitię deo
& agno: & uirgines secunē illum quocūq;
ient. Sed tātus hic sonus & tā suauiss. mus
cantus: q̄ dulcissime sāctorū aures demul
ceat tā satis suspicari possumus ex harmo
nia & numens inuēris humanitus. Nam si
ictus acris & neruorū concentus: si uocum

uarietas. & circūflexio: si lira: citharę: tube
cimbala: organa: oīa quidē hominū inuen
ta & manufacta/ tam suauī sono & melli
fluis modis aures implent: & sæpe ad inti
mum sensum penetrāt: & animorū motus
concitāt atq; impellunt: quēadmodū a Ti
motheo musico Alexādrum in conuiuio
cātu phrygio ira excitatū legimus: ut epu
lis relictis arma caperet: moxq; mutata mu
sica eundem ad sodales/epulasq; remissū.
Et iussu Pythagoræ tibicinē harmonia mu
rata petulantiores iuuenes ī domū pudicā
atq; īgenuā irruentes composuisse. Et si fa
bulis ē aliquid dandū. Orpheū lira sopisse
īferos: cū inde reduceret Eurydicē cōiugē.
Et Syrenas marinas musicum melos imita
tas suauī p̄multis extitisse naufragio: qua
les illas modulationes fore arbitremur:
quæ non fidibus: nō ere: non hominū aut
auium spiritu fiēt: sed āgelorū/ hominūq;
sanctissimorū incorruptibilibus uocibus?
Age uero q̄ erit quisq; fandi dulcissimus?
Quātæ iucūditatis/ nitidissimiq; cādoris
felicissimorū labiorū uberras illa erit: qua
referent ante actæ uitæ labores: picula: stu
dia: curas: profusas quotidie lachrymas:

Timotheus
Alexāder

Pythagoras

Orpheus
Eurydices
Syrenæ

q̄ dulcis
erit sermo
sanctorum

suspina: gemitus: qua iis gratias ager: qui
bus precantibus aut comonētibus adiuti
sunt: ut i celum ascenderent: qua aduersus
carnis illecebras: & infestissima Diaboli re
la uictorias psequuntur suas: Aut obstupe
scētēs de his loquentur: quę reperint: atq;
intuebunt esse multo maiora: q̄ putarant
adhuc circūsepti hac mortali & densa cali
gine. SERA. Deus bone qualem reliquā
beatitudinem sanctorum fore arbitremur:
& eam maxime: qua felices animi erunt: si
quæ sensibus corporis capiūt: tanta ameni
tate oculos pascet: fragrantia nares: suauita
te gustū: lenitudine tactū: sono & harmo
nia auditū. MA. Ita sane esse nulli dubiū
est: ut animorū felicitas: corporū felicitatē
q̄: maxime excellat: atq; illud etiā nobis fa
rendū est: utraq; imo alrenius minimā etiā
partē talem pfecto tantāq; esse: ut nulla rā
effluēs: rā uenusta: rā sublimis: tamq; gran
diloqua faciūdia unq̄ extiterit etiā eorum:
q̄bus uehemēs & ppheticū ingenuū fuit:
quę a rei magnitudine submissa nō sit atq;
p̄trata. Quid. n. aliud est p hominē huius
modi ista enarrari: q̄ si uelimus Solomis
sententias: & delphica oracula infanrulo

aptare: imo (ut uenius dicam) quadrupedi?
Quod cū ita sit: hic iā cōplicitis uelis por
tū puppis nostra recipiar: & anchora iacta
firme. Addātq; nobis pauca ista: quę di
ximus: imensū calcar ad ea pringēda: de q̄
bus ē utriq; dixerimus: fuit iucūdisimul
sermo: ardeamusq; iis gaudiis iteresse: qui
bus cor & caro nostra exultet pperuis secu
lis deo optimo nostro: ubi letemur: ut scri
ptū est: sicut qui laranē in messe: sicut exul
tant uictores capta praeda. Quod ut assequi
certe possimus: nobis faue Iesū chrisite rex
sanctorū: & princeps illius regni. Tuq; uir
ginum splendor: & humane spei Mater. Amen.

MATTHAEI
BOSSI VERONENSIS
CANONICI REGVLARIS.
VERA
ET
SALVTARIA ANIMI
GAVDIA
FINIUNT.

Deo grās. Semp. Amen.

TIMOtheus Veronenſis Mattheo Cōcanonico
Reg. & Cōpatriote uenerando / & ſuauiſſi-
mo. Sal. ī dñō plu. Quę mihi dicatī tua ue-
ra; & ſalutaria aī gaudia. M. dudū fili caniffi-
me: iam uero ſummis tuis uirtutibus / & ſa-
pientia pater: ea nimirum q̄ pręclara; & pre-
cioſa mihi extiterint: nullis plane uerbis af-
ſequi poſſum. Vincit illa uoluptas; quam
maximam cepi: ea cum p̄tinus legi: & quę
augeſ ſemp cum relego (^{chriſt. dñ. i. c. p. 3. d. 3.} teſtis eſt mihi ue-
ritas ipſa) exiſtimationem omēm / & fidē.
Vnde pie; & maxime Deus inuētio ipſa tā
digna; tamq̄ blāde lectorem alliciens? Vn-
de & illa tātarum rerum ubertas; atq; uarie-
tas? Vnde tandem perpetua ſermonis; & ar-
guta; & candida dignitas; ipſum etiam ſen-
tentiarum pondus cum eloquentia quaq;
coniunctū: niſi ſingulari ab ingenio; ac bo-
nis artibus culto: niſi de ſecreto; & abdito
quodā diuinorum gultu: conſcientiæ; ani-
miq; nitore? Viſus ē mihi iſediſſe tibi ori:
& p̄ re affatus omnium doctor; & artifex /
ſacer ſpiritus dei: ubi p̄ illam uel maxime:
(quę iam triumphat p̄nī gloria;) cęleſtem
Hieruſalē latus iſcedis; ac puagaris; athleta-
rum; & ciuium dei gaudia ſempiterna plu-

ſtrans; futurus & tu. M. diuino munere: ut
quod auguror; cum illis aliquādo beatus
ſi modo q̄cqd ſapis & potes: ut te effeciſ-
ſe mihi ſemp perſuaſi; in eum retulens pa-
trem luminum: qui nos erudit omnes ad
agnitionem; atq; iuſtitiam. Accepi & pau-
lo ante libellum de p̄ferēdis aduerſis: quē
ad Iohānem philippum fratrem & elegan-
ter; & chriſtiane ſcripſiſti. In quo mihi uifū
eſt; non te equidem legere: ſed concionan-
tem audire ea ſua uitate; atq; uehementia:
qua ſoles ad populum loq; quē licet pro
tua prudētia ad fratrem dedens; ſimul exi-
ſtumo; & mei ſolandi cauſa abs te fuiſſe cō-
poſitum: quem ita complector; & ſeruo: ut
nulla uideat̄ res mihi peculiarior eſſe; atq;
iucūdior. Quā obrem q̄tum ſane poſſum
te horror in domino: ut ab ſtudiis liberaliſ-
ſimis his atq; ſanctiſſimis; ad quę uideſ te
ipſa benigna genuiſſe natura; nulla omnio
cā deſiſtas; niſi te quatenus auocat pietas:
cultus; cęrimoniaq; diuina; quo multis p̄-
ſis; tū cōmunem parentem exornes meritis
ac laudibus tuis. Vale. ^{ſolus illo q̄ p̄ nob}
^{penditur. curit h̄ ḡno.}

*D. nō nob dñe nō m̄
ſi nōi tuo da gloria*

porta. 9.

H.

Historium in Libro de duabus naturis et vna persona christi
At quasi per fine dicit.

Hec sunt que ad te de fidei mee credulitate scripsi.

Qua in re si quid peperam dictus es non ita sum amara
tor me. Et ea que semel effuderim in meliori scietie
Anteferre contendam. Si enim nichil est ex nobis boni
Nichil est quod in nostris sententis amare debeamus.
quod ex illo cuncta sunt bona quod solus est bonus. Illud porro
bonum esse credendum est quod illa incomutabilis bonitas
atque omnium bonorum causa prescribit. perfecte nobis scribit
inquit et prescribit. et
determinat

.IMPRESSIT.
FLORENTIAE
Ser Franciscus Bonaccur
sius. Anno Salutis
M.CCCC.
.LXXXI.
Sexto Idus
FEBRUARII.

R E G I S T R V M

a	e	i
Primum uacat	ut pessima	corporibus
Angelus	mum	leonis
Matthei	tubore	ad corpora
nihil	gorum	septuagintaque
b	f	k
animum	magis	corporalem
aliena	templari	pendente
deamus	non	no &
genere	continētius	heus tu
c	g	l
nobis	dicendo	ret inferni
so ex rapinis	rentes	& æquaris
nem oibus	minimāque	humanum
illud ideo	nas	plius sunt
d	h	laure
formidabit	uiri	
nores atque	dines	
lo rei	sir quo	
miniam	tor siue	

K O O W. E. M. S. S. S.

mundung
sustantia .2. a nouo ues. qd. temp. di. otinuo mot.
et transmutatione seu variabilitate. i. c.
vñ mundung' a. 1.3. i. vari. 2.7.

revertit ad. cup. citu. } operari.
ex. et arce. } experiri
Exercito ad. fit. } ex. arce
di exercitaz a. 1.3. } defensio
Exercitaz a. 1.3. } deffangit
generatuz 20 e. annbz assuetuz } instructuz.
revertit. tñ. tñ. } Collectio hõz } expeditione vñ hoc exercituz. }
pedatio. } extra pedura posito
liberatio
Expeditio } exolutio
conuentio seu quietia. } 1. uos
vñ d. expedit. ut vñq. moria ho p pto.
vñ tota gens pereat
In exitu pbat. Carvat. Successibz opto
In exitu pbat. d. Egypto
Evita p exercituz. I. sarcopa

Epistola Bernhadi siluestris super gubernatione rei familiaris.

Racioso ac felici militi Raymundo domino castri am
broij Bernardus in senim deductus salutem doceri
petijsti a nobis de modo et cura rei familiaris vtilius gubernade.
quater pefamilias debeat se habere. ad qd tibi breuiter respõ
dem. qd licet oim reru mundanaru status et eritus negotioru sub
fortuna laborer non tñ ppter hoc est viuendi regula obmittenda.
¶ Audi ergo et attende qd si in domo tua sumptus et redditus sint
equales casus inopinatus de scelli poterit destruere statũ tuum.
¶ Signũ bois negligentis domus est ruinosa. Quod possis. id tenta opus ne pñ
press succumbat labor. et flus
terram relinqua
¶ Quid est negligentia gubernantis domu ignis in domo vali
dus et accessus. Discute diligenter eoz diligentia et ppositiq tua
ministrat. Labenti et nondũ lapsõ facilius succurrit. Minus ve
recudum est abstinere qd cadere. Sepius reuidere que sua sunt et
quomodo ordinant magna prudentia est. ¶ Cogita itaq de ci.
bo et potu animaliu tuoz nam esuriunt et non petunt. ¶ Auptie
sumptuose maximũ dampnum cum modico honore conferunt.
¶ Sumptus pro militia honorabilis est. Sumptus pro iuuado ami
cos rationalis est. Sumptus pro iuuando prodigos perditus
est. Familiam tuam grosso et non delicato cibo nutrias. Qui gu
losus effectus est vir aliter qd in morte mores mutabit. Gulosi
tas vilis hominis et negligentis putredo est. Gulositas solliciti
et diligentis hominis solacium est. Diebus paschalibus et alijs
festiuis temporibus babundanter non tamen delicate familiam
pascet. ¶ Fac gulam lorigare cum bursa et caueas cuius aduocatus
eristas aut inter gulam et bursum qualem sententiam feras. Naz
gula probat affectuosus testibus non iuratis bursa enidenter pro
bat archa et cellario et granario vacuatis vel breui tempore vacu
andis. ¶ Tunc male iudicatur contra gulam quando auaricia bur
sam ligat. nunqz rege inter gulam et bursum auaricia iudicabit. ¶
¶ Quid est auaricia sui homicida.

gallio
vulga em
collectio
collectio
at exatuz
hõpica / gualur
missiom n pr
et mortale qd
tenta opus ne pñ
labor et flus
terram relinqua
In exitu pbat. d. Egypto
h. c. 3. gulosos. 2.
duorato
aut iudic.
nõ h. 9. auaros.
9. 9

quid prouide
Fac sicuti propeere quom res desidat npsa
Danda etqz e aliqd. dñ tpg postulat aut res.
Vtere quesitus modice cū sicuti habudat
Libet exigno. quod paruz e tpe loquo

Quid est auaricia paupertatem timere et semp in paupertate vivere. Recte uiuit auarus in se non perdens diuitias sed alijs reseruando melius est enim alijs reseruare quam in se perdere.

¶ Si habundas blado non dilige caritiam quia diligens caritiam cupit esse pauperum homicida. Uende bladum dum satis ualeat non quando per pauperem emi non potest. vicinis tuis minori precio uende etiam inimicis quia non semp gladio sed sepe seruitio vincitur inimicus. Superbia contra vicinum uenenuz est et spectans contrarium cum sagitta.

¶ Habes inimicum conuersionem non habes cum ignotis sed semp cogita inimici tui vias debilitas inimici non est locus pacis sed treuga ad tempus. Si te securas inimicum tuum non cogitare ea que tu cogitas periculo te exponis. Si habes inimicum querere unum oculum pro custode.

¶ De feminis tuis suspectis quid agant ignorantiam non scientiam queras. Postquam sciueris crimine male uxoris a nullo medico curaberis. Dolore de mala uxore tunc mitigabis quando idem audias de uxoribus aliorum. Cor nobile et altum non inquit de factis mulierum. Mala uxores potius risu quam baculo castigabis. femina fenez et meretrix si let permitteret sepelenda uina esset.

¶ De vestibus teneas quam uelutis sumptuosa perbatio est pauci sensus. uelutis nimis apparatus vicini cito reditum parit. Stude bonitate placere non uelutis. Mulieris petitio habetis uelutis. uelutis queretis non indicat firmitatem.

¶ De amicis teneas quam magis est amicus et potius quam sua tribuit quam qui seipsum offert. Nam de his magna est copia amicorum. Amicum non reputes qui te penitentem laudauerit. Si nullis amicos amico tuo non queras complacere ei sed rationi. Ducas amico in consulendo sic mihi uideat non precise sic agendum est. quoniam de malo exitu consilij redargurio facilius sequitur quam de bono laus.

¶ Audiui quam uisitant te ioculatores et ideo attende que inde sequuntur. Domo ioculatoribus intentus cito habebit uxorem cui nomen erit paupertas et qua generabitur filius cui nomen erit derisio. Placet tibi audire uerba ioculatoris finge te non audire et aliud

5 supbos.
at s. hes
ad.
admodum dicit ut
illa est... deum et
et... angelum...
rege...
custodire...
et...
zelosus...
quosdam...
Antipofora
quosdam...
Antipofora
verborum
bonum foruz
male adules.
modo...
ioculatores...
pophonni Remie

cogitare. Ridens et gaudens de his ioculatoris sibi pignus dedit ut citius rideat. Ioculatores in peccatis mala digni sunt suum spendio. Quid est ioculator malum improperans a m homicide secum portans. Ioculatoris instrumenta deo non plauerunt.

¶ Notandum est de famulis famulum alti cordis repelle ut futurum inimicum famulum tuis moribus blandiente repelle famulo te uicino laudanti resista aliter te decessisse cogitat. famulus de facili recedantem dilige ut filium.

¶ Si edificare domum vis inducat necessitas et non uoluptas. Cupiditas edificandi edificando non tollit sed augetur. Auidia et inordinata edificandi cupiditas parat et expectat edificiorum uenditionem. Turris completa et archa euacuata faciunt sed ualde tarde hominem sapientem.

¶ De uenditione nota si uendere vis aliquid caue ne partem hereditaris vendas te potentiori sed potius minori precio te minori aut tuo pari totum aut uende plus offerenti. Melius est graue pati famem quam patrimonij uenditionem sed melius est uendere quam usuris subicere. Quid est usura. uenenum patrimonij. Quid est usurarius. legalis latro predicans quod intendit. Nil emas in consorte potentioris. Paruum consortem patienter sustineas ne tibi societas forciozem.

¶ Quasi uisti de usu uini. Qui in diuersitate et habundantia uini riu sobrius est ille terrenus deus est. Ebrietas nihil recte facit nisi cum cadit in luto. Sentis uinum fuge consortium. que somnum potius quam colloquium. Qui se ebrium uerbis excusat ebrietatem suam aperte excusat. Male sedet in iuene uinum cognoscere. Fuge medicum ebrium. Et te tibi a medico uolente in te experiri qualiter alios de simili morbo curabit.

¶ Canes ualde paruos dimitte clericis et reginis. Canes custodes utiles sunt. Canes ad uenandum plus constant quam conferunt. Habes filium dispensatorum bonorum tuorum illum non constituas. Sed tu dices si ad uerteretur fortuna quid prodest uiuendi doctrina. Audi quid de hoc uidi stultos obmittentes diligentiam et tandem se excusantes sub for

famula
de facili
te decessisse
filius
Antipofora
usuras
ebrietas
a medico
Sed tu dices si ad
uideri stultos
diligentiam
excusantes
famula
de facili
te decessisse
filius
Antipofora
usuras
ebrietas
a medico
Sed tu dices si ad
uideri stultos
diligentiam
excusantes

... consumunt. quom dicit. aliena sequitur.
 ... diuina. a. u. si ius esse beatus. quas qui suscipiunt. mediant. semp. a. u. r. y.
 ... moda. n. a. t. i. n. o. n. i. l. l. o. t. i. b. i. t. e. p. e. d. e. r. i. t. S. i. e. d. i. t. e. r. q. u. o. f. u. i. t. p. o. s. t. u. l. l. e. t. u. s. q. u. o.
 ... s. i. b. p. r. e. c. a. u. t. i. o. n. e. r. e. m. p. r. o. n. e. g. u. b. e. r. n. e. s. n. o. l. i. f. o. r. t. u. n. a. t. u. n. o. d. i. c. e. t. e. c. c. a. z.

24. L. i. n. e. d. e. 10. v. i. t.
 i. b. s. q. u. a. n. t. u. s. e. t. q. u. o.
 ... d. i. c. i. t. u. r. q. u. o. d. i. t. e. r. q. u. o. f. u. i. t. p. o. s. t. u. l. l. e. t. u. s. q. u. o.
 ... d. i. c. i. t. u. r. q. u. o. d. i. t. e. r. q. u. o. f. u. i. t. p. o. s. t. u. l. l. e. t. u. s. q. u. o.
 ... d. i. c. i. t. u. r. q. u. o. d. i. t. e. r. q. u. o. f. u. i. t. p. o. s. t. u. l. l. e. t. u. s. q. u. o.
 ... d. i. c. i. t. u. r. q. u. o. d. i. t. e. r. q. u. o. f. u. i. t. p. o. s. t. u. l. l. e. t. u. s. q. u. o.
 ... d. i. c. i. t. u. r. q. u. o. d. i. t. e. r. q. u. o. f. u. i. t. p. o. s. t. u. l. l. e. t. u. s. q. u. o.
 ... d. i. c. i. t. u. r. q. u. o. d. i. t. e. r. q. u. o. f. u. i. t. p. o. s. t. u. l. l. e. t. u. s. q. u. o.
 ... d. i. c. i. t. u. r. q. u. o. d. i. t. e. r. q. u. o. f. u. i. t. p. o. s. t. u. l. l. e. t. u. s. q. u. o.
 ... d. i. c. i. t. u. r. q. u. o. d. i. t. e. r. q. u. o. f. u. i. t. p. o. s. t. u. l. l. e. t. u. s. q. u. o.
 ... d. i. c. i. t. u. r. q. u. o. d. i. t. e. r. q. u. o. f. u. i. t. p. o. s. t. u. l. l. e. t. u. s. q. u. o.

... filiorum dispo...

tuna. sed seruans doctrinam raro accusabit fortunā. raro em̄ dili-
 gentiā cum infortunio sociabis. sed rarius in fortunā a pigricia
 sepabis. **E**xpectat piger sibi a deo subueniri. qui in mūdo isto vi-
 gilare precepit. Tu ergo vigila. et leuitatem expendendi cum gra-
 uitate lucrandi compensa. **C**um appropinquat senectus. consulo q̄ deo potius q̄ tuo filio te cō-
 mittas. Disponis legata. consulo q̄ primo seruitoribus et credito-
 ribus tuis q̄ sacerdotibus solui mādes. Diligentibus personā tuā
 nō mittas aīā; mitte aīāz tuā diligentibus aīāz suā. Debes
 dispōere de reb̄ tuis an morbu. q̄ sepe q̄s efficit infirmitatis ser-
 uus. et seruus testari nō potest. liber ergo testaris antequā seruus
 efficiaris. **S**ufficiat tibi q̄ de te dā. **D**e filiis audi. Mortuo
 patre q̄runt diuisionē filij. Si nobiles ac potentū filij sunt. meli-
 or est eorū sepe per mundū dispersio q̄ hereditatis diuisio. Nam
 sepe est eorū generis dissolutio h̄mōi hereditatis diuisio. Si labo-
 ratores sunt. faciunt quod velint. Si mercatores sunt. tutior est
 eis diuisio q̄ communio. ne vnus in fortunūz aliis imputetur.
Mater vidua forsitan remaritari querit. stulte agit. s̄ et pecca-
 ta sua deplotet. vtinam ipsa senex accipiat iuuenem. qui ne dum
 ipsam. sed que sua sunt. abiciat et consumat. quibus abiectis bibat
 cum eo dolois calicem. quem optauit. ad quez eam perducit sua
 damnabilis senectus.

Explicet tractatus de gubernatione
 rei familiaris feliciter.

no. 4. Quatuor sunt que per rectorem familie obser-
 uari conueniunt.

- 1. Sub timore congruo familiam tenere.
- 2. Alimenta iuxta redditus exhibere.
- 3. Mores quosq̄ iustos docere.
- 4. In domo hilarem temperate se exhibere.

Ad deo grās s̄s semper.

PAMPHILVS AD LECTOREM.

Quom.
 Cum ad octauum kalendarum sextilis acutissimi ingenii et
 utriusq̄ liguz litteratissimi Angeli Politiani epistola mihi
 quxdam demonstrata de obitu diui Laurentii Medicis fuis-
 set ab exactissimis uiris Andrea Magnanimo et Alexandro
 Sartio bononiensibus. fuit ea quidem mihi q̄ gratissima ac
 longe iucūditissima perlegenti. neq̄ potui maiori affici gaudi-
 dio ex acumine. atq̄ stili robore. Est enim undiq̄ magis re-
 pleta uarietate. ornata salibus. plurib̄ depicta clausulis. quā
 uiderim nusq̄ ātea. Cogitauī ego. ut qui me tātopere delec-
 tarant. afficerem eosdem aliquo munere refrigerii. quo mi-
 hi frequentius recondita patefaciant. quali acūq̄ illi Politi-
 ani amātissimi quotidie habeant et in eorum uersentur ma-
 nibus. Curauī igitur eam ipressoribus tradere. ut et alij quo-
 q̄ phœbicolæ ea p̄frūātur uoluptate mea opera. quam ego
 gnauia atq̄ diligentia felsineorum perceperam ex animo.

Vale.

·A· NGELVS, Politianus Iacobo Antiquario suo
Sal. Vulgare est/ut qui serius paulo ad amicorū
litteras respōdeant/nimias occupationes suas ex
eufent. Ego uero quominus mature ad te rescripserim / non
tam culpam confero in occupatōnes/ q̄ quā ne ipsa quidem
defuerunt: q̄ i acerbissimū potius hunc dolorem: quē mihi
eius uiri obitus adtulit: cuius patrociniō nuper unus ex om
nibus litterarū professoribus/ et eram fortunatissimus / et ha
bebar. Illo igitur nunc extincto / qui fuerat unicus auctor
eruditi laboris: Videlicet ardor ēt scribendi noster extinctus
est: omnisq; p̄pe ueterum studiorū alacritas elanguit. Sed
si tātus amor casus cognoscere nostros: et qualem se ille uir
in extremo quasi uitæ actu gesserit audire: q̄ quā et fletu im
pedior/ et a recordatione ipsa/ quasiq; retracratione doloris
abhorret animus/ ac resistit: obtemperabo tamen tua tantæ
ac tam honestæ uoluntati/ cui deesse pro instituta inter nos
amicicia / neq; uolo/ neq; possum: Nam p̄fecto ipsemet mi
hi nimiū et inciuili uiderer/ et inhumanus / si tibi et tali ui
rolet mei tam studioso/ rem autim prorsus ullam denegare.
Ceterū quoniam de quo tibi a nobis scribi postulas/ id eius/
modi est/ ut facilius sensu quodam animi tacito/ et cogitatō
ne cōprehendatur: q̄ aut uerbis/ aut litteris exprimi possit/
hac lege tibi iam nunc obsequium nostrum astringimus/ ut
neq; id polliceamur/ quod implere non possimus: et siquid
tamen possimus/ tua certe causa non reculemus. Laboraue
rat igitur circiter menses duos Laurentius Medices e dolori
bus his qui quoniam uiscerū cartilagini inhæreant/ ex argu
mento Hypochondrii appellantur: Hi tamen si neminem.

tua quidē ui iugulant/ quoniā tamē acutissimi sunt/ etiā iu
re molestissimi perhibentur. sed. n. in Laurētio / fatone, dixē
rim/ an iscitia incuriaq; medentiū id euenit / ut dum curatio
doloribus adhibetur/ Febris una omnīū insidiosissima cōtra
cta sit/ quæ sensim illapsa / nō quidem in arterias/ aut uenas/
sicuti ceteræ solent / sed in artus/ in uiscera/ in neruos/ in ossa
quoq; et medullas incubuerit. Ea uero quod subtiliter ac la
tenter/ quasiq; lēibus uestigiis irreperat/ parū primo aimad
uersa/ dein uero/ cū satis magnā sui significatōnem dedisset/
nō tamen pro eo ac debuit diligenter curata/ sic hōinem de
bilitauerat prorsus/ atq; afflixerat/ ut nō uiribus mō/ sed cor
pore etiā pene omni amisso/ et cōsūpto distabesceret. Quare
pridie q̄ naturæ satisfaceret/ cū quidem i uilla Caregia cuba
ret eger/ ita repente cōcidit totus/ nullam ut iam suæ salutis
spem reliquam ostenderet. Quod homo/ ut semper cautissi
mus intellegens/ nihil prius habuit / q̄ ut animæ Medicū ar
cesseret: cui de cōtractis tota uita noxiis/ Christiano ritu cōfi
teret. Quem ego hōinem postea mirabundum/ sic prope au
diui narrantem: Nihil sibi unq; neq; maius/ neq; incredibili
us uisū: quā quomō Laurentius/ cōstans paratusq; aduersus
mortem/ atq; iperterritus/ et præteritorū meminisset/ et præse
tia dispensasset / et de futuris item religiosissime/ prudentissi
meq; cauisset. Nocte dein media quiescenti/ meditantiq; sa
cerdos adesse cū sacramento nuntiatur. Ibi uero excussus/ p
culi/ iquitia me hoc absit/ Patiar ut lesum meū qui me finxit
qui me redemit/ adusq; cubiculum hoc uenire: Tollite hinc
obsecro me quamprimum. Tollite/ ut Domino occurram:
Et cum dicto subleuans ipse se quātum poterat/ atq; animo

corporis ibecillitatem sustentans/ iter familiarium manus/ ob
uiam seniori/ ad aulam usque procedit: cuius ad genua prostratus
supplexque/ ac lacrimans/ tu ne inquit/ mitissime Iesu/ tu neque
simum hunc seruum tuum dignaris iungere? At quod dixi seruum/
imo uero hostem potius/ et quidem ingratisimum/ qui tantis
abste cumularis beneficiis/ nec tibi dicto unquam audiens fu
erim/ et tuam totiens maiestatem leserim: Quod ego te per
illam/ qua genus omne hominum complecteris caritatem: quare
te celitus ad nos in terram deduxit: nostraque humanitatis in
duit in uolucris: quare famem/ quare sitim/ quare frigus/ et frigus/ labo
res/ irrisus/ contumelias/ flagella/ et uerbera/ quare postremo est
mortem/ crucemque subire te compulit: Per hanc ego te saluti
fer Iesu/ quare/ obtestorque/ auertas faciem a peccatis meis:
ut cum ante tribunal tuum constitero/ quo me iam dudum citari
plane sentio/ non mea fraus/ non culpa plectatur: sed tuarum cru
cis meritis condonetur. Valeat/ ualeat in causa mea sanguis
ille tuus/ Iesu preciosissimus: quem pro asserendis in liberta
tem hominibus in ara illa sublimi nostrae redemptionis effu
disti. Haec atque alia cum diceret lacrimans ipse/ lacrimantibus
que/ qui aderant/ uniuersis/ iubet eum tandem sacerdos at
tolli/ atque in lectulum suum: quo sacramentum commodius admi
nistraretur referri: quod ille cum aliquandiu facturum negas
set/ tamen ne seniori suo foret minus obsequens/ exorari se
passus/ iteratis eiusdem ferme sententiae uerbis/ corpus/ ac san
guinem Dominicum/ plenus iam sanctitatis/ et diuina qua
dam maiestate uerendus accepit. Tum consolari petrum fili
um (nam reliqui aberant/ exorsus ferret a quo animo uim
necessitatis admonebat: Non de futurum celitus patrocini
um quod ne sibi quidem unquam in tantis rerum/ fortunarumque uarietatibus

defuisset. Virtutem modo et bonam mentem coleret bene
consultra/ bonos euentus paritura. Post illa/ contemplantur
dus aliquandiu quieuit: Exclusis dein ceteris/ eundem ad se
natum uocat. Multa monet: Multa praecipit: Multa edocet:
quae nondum foras emanarunt: Plena omnia tamen (sicuti
audimus) et sapientiae singularis/ et sanctimoniae: Quorum
tamen unum/ quod scire nobis quidem licuerit ad scribam.
Ciues inquit/ mi Petre successorem te meum/ haud dubie a
gnoscent: Nec autem uereor/ ne non eadem futurus aucto
ritate in hac re. p. sis/ qua nos ipsi ad hanc diem fuerimus:
Sed quoniam ciuitas omnis/ corpus est (quod aiunt) multo
rum capitulum/ neque mos geri singulis potest/ memento in eius
modi uarietatibus/ id consilium/ sequi semper: quod esse quod ho
nestissimum intelleges: Magisque uniuersitatis/ quam seorsum cui
usque/ rationem habeto. Mandauit et de funere: ut scilicet Aui
Cosmi exemplo/ iusta sibi fierent: irra modum uidelicet cum:
qui priuato conueniat. Venit dein Ticino Lazarus uester/
Medicus (ut quidem uisum est) experientissimus: qui tamen
fero aduocatus/ nequid in expertum relinqueret/ preciosissima
quaedam gemmis omne genus/ margaritisque conterendis me
dicamenta temptabat. Quare ibi tum ex familiaribus Lau
rentius (iam. n. admissi aliquot fueramus) quid ille ageret
Medicus: quid moliretur: cui cum ego respondissem: Epithel
ma enim cocinnare/ quo praecordia fouerentur: Agnita ille sta
tim uoce/ ac me hilare intuens/ ut semper solitus/ Heus/ inquit/
Heus Angele. simul brachia iam exhausta uiribus egre attol
lens/ manus ambas arctissime praehendit: Me uero singultus
lacrimarumque cum occupauissent/ quas celare tamen reiecta cerui
ce conabar: nihilo ille commotior/ etiam/ atque etiam manus re

rentaba t. Vbi autē p̄sensit fletu adhuc p̄pediri me quomi-
nus ei op̄ā darem sensim. s. eas q̄siq̄ dissimulanter omisit.
Ego me autē cōtinuo ī penetrāle thalami conicio flentem: at
q̄ habenas (ut ita dicā) dolori et lacrimis laxo. Mox tamen
revertor eodem: siccat̄is quantū licebat oculis. Ille ubi me
uidit: Vidit autē statim uocat ad se rursū quāritq̄ p̄blande.
Quid Picus Mirandula suus ageret. Respōdeo manere eū
in urbe: quod uereat: ne illo si ueniat molestior sit. At ego ī
quit: uicissim: ni uereat ne molestū sit ei hoc iter: uidere atq̄
alloq̄ extremū exoptem: prius q̄ plane a uobis emigro. Vin-
tu īq̄ arcessatur? Ego uero: ait ille q̄ primū. Ita sane facio. ue-
nerat: iam assederat: Atq̄ ego quoq̄ iuxta genibus icubue-
ram: quo loquentem Patronū facilius: utpote defecta iā uo-
cula exaudirem. Bone Deus: qua ille hūc hōinem comitates
qua hūanitate: quibus etiam quasi blanditiis excepit: Roga-
uit primo ignosceret: quod ei laborem hūc iniunxisset: amo-
ri hoc tamen et beniuolentiā in illū suā adscriberet: libenti-
us se se animam editurū: si prius amicissimi hominis aspectu
morientes oculos fatiasset. Tū sermones iniecit urbanos: ut
solebat: et familiares: Nōnihil etiam tūc quoq̄ iocatus nobis
cū: quin utrosq̄ ituens nos uellem: ait distulisset me saltem
mors hāc: ad eū diem: quo uestram plane bibliothecam ab-
soluissim: Ne multis. Abierat uix dū Picus: cū Ferrariensis
Hieronymus insignis: et doctrina: et sanctimōia uir: celestis
q̄ doctrinae p̄dicator egregius cubiculū ingredit̄. Hortat̄
ut fidē teneat: Ille uero tenere se ait icōcussam: Vt q̄ emēda-
tissime post hac uiuere destinet. s. facturū obnixē respōdit.
Ut mortem deniq̄: si necesse sit: xquo animo toleret: Nihil
uero inq̄t ille: iucundius: si q̄dem ita deo decretū sit. Recede

bat homo iā: cū Laurentius: Heus: inq̄t. Benedictōnem pater
priusq̄: a nobis proficisceris: simul demisso capite: uultuq̄: et
ī omnem p̄x religionis imaginem formatus: subinde ad uer-
ba illius: et preces: ite: ac memoriter responsitabat: Ne tantil-
lū q̄dem familiarū lucrū apto iam: neq̄ se ulterius dissimu-
lante: cōmotus: Diceres indictā ceteris: uno excepto Lauren-
tio mortem: sic. s. unus ex oibus ipse: nullā doloris: nullam p̄-
turbatōis: nullam tristitiā: significationem dabat: cōsuetūq̄
animi rigorem: constantiam: xquabilitatem: magnitudinem
ad extremū usq̄ spiritū p̄ducebat. Infrabant Medici ad huc
tamen: et ne nihil agere uiderent̄: officiosissime hominē ue-
xabant. Nihil ille tamen asp̄nari: nihil auersari: quod illi mo-
do obtulissent: nō q̄dem quoniam spe uitā blādentis illice-
ret. Sed ne quem forte moriens: uel leuissime p̄stringeret: a-
deoq̄ fortis ad extremū p̄stitit: ut de sua quoq̄ ipsius morte
nō nihil cauillaret̄: sicuti cū Porrigenti cuidam cibum: ro-
gantiq̄ mox: q̄ placuisset. Respōdit: q̄ solet morienti. Post
id blande singulos amplexatus: petitaq̄ suppliciter uenia: si
cui: grauior forte: si molestior morbi uitio fuisset: Totum se
post illa perunctioni summā: demigrantisq̄ animā commē-
dationi dedit. Recitari dein euangelica historia cōcepta est:
qua. s. irrogati Christo cruciat̄ us explicant̄: cuius ille agnos-
cere se uerba: et sententias p̄pe omnis: mō labra tacitus mo-
uens: modo lāguentis oculos erigens: iterdū etiam digitorū
gestu significabat. Postremo sigillū crucifixi argenteū: mar-
garitis gemmisq̄ magnifice adōrnatum: defixis usq̄: quaq̄
oculis intuens identidemq̄ deosculās: exspirauit: Vir ad oīa
sūma natus: et q̄ flantem: reflantemq̄: toriēs fortunam: usq̄
adeo sit alterna uelificatōe moderatus: ut nescias utrū secun-

dis rebꝫ cōstantior an aduersis ægor ac tempantior apparue-
rit. Ingenio uero tãto / ac tam facili uer p̄spicaci ut q̄bus i sin-
gulis excellere alii magnū putant. Ille i uniuersis p̄iter emie-
ret. Nam p̄bitatem / iustitiã / fidem / nemo arbitror / nescit: ita
sibi Laurenti Medicis pectus / atq; animū / quasi gratissimū
aliq̄d̄ domiciliū / Templūq; delegisse. Iam comitas / hūanitas
affabilitas quanta fuerit? eximia quadam i eum totius popu-
li atq; oīum plane ordium beniuolentia declaraf. Sed. n. in
ter hæc oīa liberalitas tamē et magnificentia explēdescebat:
quæ illū pene imortali quadam gloria ad Deos usq; p̄uexe-
rat: Cū iterim nihil ille famæ duntaxat causa et nomis: oīa
uero uirtutis amore p̄sequebat. Quanto aut litteratos ho-
mines studio cōplectebat? Quantū honoris? Quantum eti-
am reuerentiæ oībus exhibebat. Quantum deniq; op̄æ idul-
striæq; suæ congrendis toto orbe. Terrarū / coemendisq; lin-
guæ utriusq; uoluminibꝫ posuit. Quãtosq; i ea re quã ima-
nes sumptus fecit: Ut non ætas modo hæc / aut hoc sæculū /
Sed posteritas etiam ip̄a / maximam i huius hoīs iteritu iactu-
ram fecerit. Ceterū cōsolant̄ nos maximo i luctu liberi eius
tanto patre dignissimi: Quorum q̄ maximus natu Petrus /
uix dum primum et uigesimum igressus annū / tanta iam et
grauitate et prudentia / et auctoritate molem totius Rei. p̄.
sustentat: ut i eo statim reuixisse genitor Laurentius existi-
metur. Alter annorum duodeuiginti. Ioannes et Cardinalis
amplissimꝫ (q̄d̄ nūquã cuiquam id ætatis cōtigerit) et idem
Pontifici Max. non i ecclesiæ patrimonio dumtaxat: Sed in
patriæ quoq; suæ ditione legatus. Talem tantumq; se iam
tam arduis negociis gerit / et præfat / ut omniū i se mortaliū
oculos cōuerterit / atq; incredibilem quandam / cui respōsurus

planissime est / expectationem concitauerit. Tertius porro
Iulianus impubes adhuc / pudore tamen / ac uenustate neq;
non probitatis: et ingenii mirifica quadam / suauissimaq;
indole / totius sibi iam ciuitatis animos deuinxit. Verum ut
de aliis in præsentī taceam / de Petro certe ip̄so cohibere me
nō possum / quin recenti re / testimonium hoc loco paternū
adscribam. Duobus circiter ante obitum mensibus / cum in
suo cubiculo sedens (ut solebat) Laurentius / de philofophia
et litteris nobiscum fabularetur / ac se destinasse diceret reli-
quam ætatem in his studiis mecum / et cum Ficino / Picoq;
ip̄so Mirandula consumere / procul scilicet ab urbe et strepi-
tu / negabam equidem hoc ei per tuos ciues licere: Qui qui-
dem in dies uiderentur magis / magisq; ipsius et consilium /
et auctoritatem desideraturi. Tum subridens ille / atq; iam
inquit / uices nostras alumno tuo delegabimus: atq; in eum
sarcinam hanc / et onus omne reclinabimus: Cumq; ego
rogassem / an adhuc in adulescente / tantum uirum depre-
hendisset / ut eis bona fide icumbere iam possemus. Ego ue-
ro / ait ille / quanta eius / et q̄ solida / uideo esse fundamenta /
laturum spero haud dubie quiddq; inedificauero: Caue au-
tem putes Angele / quēquã adhuc ex nostris indole fuisse tã-
ta / quantam iam Petrus ostendit / ut sperem fore / atq; adeo
augurer (nisi me ip̄ius igenii aliquot iam experimenta fefel-
lerit) ne cui sit maiorū suorū cōcessurus: Atq; huius quidē
iudicii / prælagiq; paterni / magnū profecto / et clarum speci-
men hoc nup̄ dedit: quod ægrotātī p̄sto fuit semp / omiaq;
p̄ se / pene ēt sordida ministeria obiuit / uigiliarū patientissi-
mus / et inedia nunq; q; a lectulo ip̄so patris / nisi cū maxime
resp̄.urgeret / auelli passus: et cum mirifica pietas extaret in

uitu tamen ne morbum aut sollicitudinem paternam mœ-
rore suo adaugeret gemitus omnis et lacrimas incredibili uir-
tute quasi deuorabat: Porro aut quod unū tristissima ī re-
pulcherrimū ceu spectaculū uidebamus inuicem pater quo-
q; ipse ne tristiorē filiū tristitia sua redderet. frontem sibi
extempore uelut aliam fingebat ac fluentes oculos in illius
gratiā cōtinebat: nūq̄ aut cōsternatus animo aut fractus do-
nec ante ora natus obuersaretur: Ita uterq; certatim uim fa-
cere affectibus suis ac dissimulare pietatem / pietatis studio
nitebatur. ut aut Laurentius e uita decessit / dici uix pōt / quā-
ta et hūanitate / et grauitate ciues omēs suos Petrus noster
ad se domū cōfluētes exceperit: q̄ et apposite / et uarie / et blā-
de etiam dolentibus / consolantibusq; pro tempore / suamq;
operam pollicentibus responderit: Quantā deinde et q̄ sol-
lertem rei cōstituendæ familiari curam ipenderit: ut necessi-
tudines suas omnes / grauissimo casu percussas subleuarit: ut
uel minutissimū quēq; ex familiaribus deiectum / diffiden-
temq; sibi aduersis rebus collegerit / erexerit / animauerit: ut
in obeunda quoq; re. p. nulli unquam / aut loco / aut tempo-
ri / aut munerī / aut homini defuerit: nulla deniq; in pte cessa-
uerit. Sic ut eam plane istitisse iam uiam: atq; ita pleno gra-
du iter ingressus uideatur / breui ut putetur parentem quo-
q; ipsum uestigis cōsecuturus: De funere aut nihil ē / quod
dicam / tantum ad Aui exemplum ex præscripto celebratum
est: quemadmodum ipse ut dixi / moriens mandauerat: tam
magno autem omnis generis mortalium concursu / quam
magnum nunquam antea meminerimus. Prodigia uero

mortem ferme hæc antecesserunt: quamquam alia quoq;
uulgo feruntur. Nonis Aprilibus hora ferme diei tertia / Tri-
duo antequam animā edidit Laurentius / Mulier nescio quæ
dum in æde sacra Mariæ nouellæ quæ dicitur / declamitanti
epulpito dat operam repente inter confertam populi multi-
tudinē expauefacta / consternataq; consurgit: Lymphato
q; cursu / et terrificis clamoribus: Heus / heus / inquit / ciues / an
hunc non cernitis ferocientem taurum / qui templum hoc ī
gens flammatis cornibus ad terram deicit. Prima porro ui-
gilia cum cælum nubibus de improviso fedaretur / Cōtinuo
Basilicæ ipsius maximæ fastigium / quod opere miro singu-
larem toto terrarum orbe restudinem supereminet / tactum
de celo est: ita ut uastæ quæpiam deicerentur moles. Atq; in
eam potissimum partem / qua Medicæ conuisuntur ædes / uir-
quadam horrenda / et impetu marmora immania torquerē-
tur. In quo illud etiam præscito non caruit / quod in aurata
una Pila / quales aliaq; in eodem fastigio conspiciuntur /
excussa Fulmine est / ne non ex ipso quoq; insigni / propriū
eius familiæ detrimentum porrenderetur: Sed et illud
memorable / quod ut primum detonuit / statim quo-
que serenitas reddita: Qua autem nocte obiit Laurent-
tius / stella solito clarior / ac grandior / suburbano immi-
nens / in quo is animam agebat / illo ipso temporis articu-
lo decidere / extinguiq; uisa / quo compertum deinde est
eum uita demigrasse: Quin excurrisse / etiam faces tri-
noctio perpetuo de fœsulanis montibus / supraque id tem-
plum / Quo reliquæ conduntur Medicæ gentis / scintillasse

non nihil/moxq; euanuisse feruntur. Qui quod et leonum
quoq; nobilissimum par in ipsa qua publice continentur ca
uea/sic i pugnam ferociter concurrat/ut alter pessime accep
tus/Alter etiam laeto sit datus. Arreti quoq; supra arcē ipam
gemine perdiu arsisse flāmā quasi Castores feruntur: Ac lu
pa identidem sub mœnibus ululatus terrificos edidisse. Qui
dam illud etiam (ut sunt ingenia) pro monstro interpretan
tur/quod excellētissimus (ita .n. habebatur) huius ætatis me
dicus/quando ars eum/presciraq; fefellerant/animū despon
derit: puteoq; se sponte demerserit: ac principi ipsi Medice
si uocabulum spectes) familiae sua nece parentauerit. Sed ui
deo me/cum quidem multa / et magna reticuerim/ ne forte
in speciem adulationis inciderem/ longius tamen puectum
q̄ a principio institueram: quod ut facerem/partim cupiditas
ipa obsequendi/obtemperandiq; tibi optimo / doctissimo /
prudentissimoq; homini/nihiq; amicissimo: cuius quidem
studio satisfacere breuitas ipa in transcurso nō poterat: par
tim etiam amara quædam dulcedo quasiq; titillatio ipulit/
recolendæ frequentandæq; eius uiri memoria: cui si parem
similemq; nostra ætas unum forte atq; alterum tulit/ potest
audacter iam de splendore nominis / et gloria/ cum uetusta
te quoq; ipsa contendere. Vale.

XV. kal. Iunias. M. cccc. lxxxii. In fefulano Rusculo.

Impressum per me Platonem Bononiensem accuratissime
Octauo kalendas sextilis. M. cccc. lxxxii.

Oratio dicta a Petro marso in funere Illustrissimi Hieronymi Fo
rocorneliensis et Foroliuensis Comitis.

P Risci philosophatē quorū erudita uariq; monumēta benigne trāf
missa Nepotibus illos i mediū dies noctesq; laborasse testat. omni
um que coelo continentur naturam et finem excellētib; ingeniorū ui
ribus ac generosa sedulitate curaq; contemplati foelicitatem politicam ex
animi corporis ac Fortune bonis constituerunt: et illos foelices amplissi
moq; laudum preconio celebrandos: et quouis honorum genere honestā
dos esse censuerunt. qui p̄claro uite instituto id essent habunde consecuti
quod laudabile prudentium c̄stimatione haberetur. Quorum excellētiā
quasi supra homines admirata posteritas eos in publicis priuatq; ne
gociis foelices appellare non dubitauit. quorum uita p̄specta in rebus
honestis ac magnis claro multipliciq; monumēto floreret. Greci primū
nostri postmodum ne ingrati uiderentur ne ue generosam industram in
uado silentio deterrerent. excellentes quasq; uirtutes excellētū munere de
corarunt. Hic ē ille amplissimus oratorum campus. Hęc sunt uaria: hęc
honestissima poetarum curricula. Hinc clarissimorum heroum laudes:
quas in poematis ueluti i specula quadam positas intuemur: et sequimur
Hic dissima tēporū custos et magistra uite hystoria: Hic deniq; inume
ra ciuilis institutionis documenta: et ad bene beateq; uiuendum precepta
manarunt. Nos igitur maiorum nostrorum uestigiis insistentes Illustris
simi Hieronymi Comitis Claras dotes in hoc funebri apparatu et exel
quitiis decenti parentatione solēnibus merita insuper laudatione ac lachry
mis honestemus. Cui certe si Auorum seriem et natales si p̄mia nature
si animum cum pietate insignē tamē ad maxima queq; promptissimū: si
deuiq; fortunam rite cōtēplabimur. Foelicitatem hanc de qua agitur et
illam que summa est eosq; manet qui Christiana religione censentur ad
uorum contigisse inspiciemus. Quod dum paucis recesso faciles aures ut
cepistis prebere qualis ue a puero quantusq; Princeps Hieronymus fue
rit: cui p̄sul hic Amplissimus ac Octauianus primo genitus et Pius i
parentem filius. hec funebria iusta persoluūt et doloris acerbiteriam feras/
li cultu ac totius habitus et uultus squalore testantur. recognescere dignū
ducatis. Clarissimi namq; Principis memoria ut par est his recēfendis
audiendisq; celebrabitur. et dolor hic acerbus qui uos tāto Principe quo

rundam perfidia orbatos nunc uexat ac pene deprimit fortasse lenietur. si illum que foelicem iure ac merito appellamus: non esse deplorandum ostendero. Poeticum certe institutum est dolori prius accendere faces. Oratorium uero ac Philosophicum statim extinguere presentis ratione animos prostratos erigere ac tepida fomenta medicasque manus crudis adhibere uulneribus.

Rearia domus non modo sagone: sed etiam per omnem Liguriam uetusto ac multiplici stemmate insignis ut cognomen ipsum testatur et docet aurum serie honestissima claruit: qui gentile decus ac patrie titulos peculiari gloria illustrarunt: auitque nobilitati et imaginibus ita respondentes ut prisco nomini non parum decoris elegantia morum adiceret: et uere nobilitatis appellatione cederetur. Et enim ut Principi philosophantium Aristoteli placuit. Nobile id quod ex bono genere prodiit. Generosum uero quod a natura non degenerat appellatur. Sed oratio ad recentiora et auribus uestris ideo gratiora quia notiora festinans longo aurum ordine omisso ne modum transeat Narrationem ab auro huius generosi Principis auspicabitur. Raphael hic fuit uir profecto summe integritatis ac prudentie ut auctor publici consilii haberetur et tantum in patria sua posset: quantum uellet. Id aut uolebat uir Modestissimus: quod patrie cui pro uiribus consulendum est plurimum dignitatis ac usus allaturum prospiceret. Itaque amplissima laude dignus uixit: et honestissime moriens pro se tres filios patrie substituit. Thomam Paulum: et qui se referret nomine Raphael Paulus ex blanca nobili puella et generosa quattuor filiis Petro et Hieronymo maribus: Violantina et Perusia foeminis auctus est. Hec illa est Violantina spectate sanctitatis ac pudicitie matrona: que uteri quadam foelicitate patrem hunc Amplissimum Raphaellem Cardinalem peperit. cuius uirtutes multum supra hominem a me a libi celebrandas nunc pretereo ne aliud ac institutum agere uideamur. Idcirco ad Paulum matrem auum unde digressa est referat se oratio. Qui petrum natum maiorem filium ex uoto sacris initiatum diui Francisci legibus et institutis dicauit. Minorem uero Hieronymum heroice cuiusdam indolis puerum successioni destinatum optima spe quasi futuram amplitudine eius presagens aluit. cuius uiri laus hanc prima fuit eorum fouere ingenia: quos ab institutis studiis difficultas domestica deterret. ut alter ingeniorum Mecenas id temporis haberetur. cuius liberalitate ac opibus Frater Franciscus sagoneis acri adolescens tunc ingenio magna

quedam sibi proponens ad disciplinarum prius apicem postmodum illarum gratia per gradus honorum ad pontificium culmen ascendit: et Xixtus eius nomen quartus appellatus est. Qui acceptorum beneficiorum non imemor: pauli Moecenatis sui filios sic est amplexus ut illis patrie se omnium officiorum genere presterit. illius personam grato animo induens cuius iam uita defuncti generosi spiritus adolescentes imaginem sibi ob merita iucundissimam referebant. ut de illis ornandis augendisque imprimis cogitaret. Igitur Reariam hanc familiam sagone nulli secundam excellenti uir ingenio Petrus xyxii. iiii. Pontificis beneficio ad Cardineum ecclesie fastigium euectus plurimum illustrauit. cuius fama et ingenio maximis rebus nato impulsus Mediolanensium Dux Illustrissimus Galeatius Illustrissimam Catherinam filiam Hieronymo Fratri collocauit. Quod certe conuugium Rearie domui non parum nominis adiecit et dignitatis ut uirgilianum illud iure dici posset. Quam tu urbem soror hanc cernes: que surgere regna Conubio tali Teucrum comitantibus armis Punica se quam attollet gloria rebus Tantum ecclesie Cardinem proque illius maiestatem ac fastigio maxima queque in dies meditantem imatura mors rapuit. cuius casum egerrime tulit ut debuit Pontifex. et Hieronymi Fratris claram indolem ac spiritum frater: non matrem admiratus plurima et maxima Negotia belli pacisque illi delegauit. que tanta prudentia tanta moderatio ne animi ac supra etatem ingenii dexteritate obiuit Hieronymus ut a sapientissimo Pontifice imprimis probaretur et ceteris stomachum non faceret quod equidem in maxima ipsius gloria posuerim. Inerat illi namque a puero Senilis quedam prudentia que propria uirtus Principum et habetur et est. erat in uultus maiestate atque Catoniana quadam grauitate lepos quidam atque uenustas. ut dubium esset: eum ne intuentes suspiceret magis an amarent. Inerat continentia: que cum omni homines tum uel maxime Principem omni ex parte commendat. Inerat inuicti animi robur et excellentia: que terribilia queque contemneret et non minori laude armorum quam ciuium tractaret habenas. Inerat magnificentie splendor ac iustitie. sine qua nulla ciuitas nulla res publica nullum denique regnum rite gubernatur. teste harum uirtutum citabo Romam. Que tanti uiri moderatione et consilio multos annos experta est. Illas Forum hoc Cornelii testatur. quod priore situ absterso facie iam inuidissima fulget. ut totius Aemilie ac Flaminie ornamentum maximum habeatur et ad se spectandum uiatores alliciat ac partem magnificentie picturarumque uarietate itinerium oculis capiat et oblectet. Terris est et illa ciuitas: que pro dolor non sua culpa: | | | |

sed quorundam factiosorum uesania et imanitate sui Principis offa non meruit: Pontifice uita defuncto ad suos cum thori gemalis consorte ac filiis eo animo se recepit ut non minus subditorum q̄ propne utilitati confuleret. A bello q̄tum per tempora licuisset penitus alienus. ut pacis com modo securi frueantur. quos prudentie sue regendos et gubemandos Pontifex commiserat. Non. n. ad bellicos tumultus non ad classica furi bundum incendia martem. sed ad pacem pro qua certandum est et concordiam nati sumus. Quo animo: qua cura: suos iuuerit subditos: auxerit: ornauerit. testes illi sunt quos ex modicis maximos reddiderat qui accepta beneficia et honores Principis liberalitate ac opera collatos postrema ingratitudine rependerunt. O rerum ingratitudinis uinum: quod olim apud persas ut inquit Xenophon in primis uis iniuria uindicabatur. ingratitudinem quippe impudentia sequitur que nullius honestatis: nullius officii habet aliquando rationem. quod huius Principis exitus declarat. quem de se optime meritum ac nil tale suspicantem ingratissimi homines et efferi ad colloquium benigne admissi strictis repete pugionibus intra domesticos parietes. ante sacratissime uirginis imaginem profanus trucidarunt. O ferinam rabiem: o lese maiestatis crimen multiplici culleo uindicandum: o monstra inaudita infans obruenda fluctibus o patrie faces profundi pelagi uerticibus extinguendas. Omiseram humane uite conditione tot fraudibus peruia tot telis obnoxia: Quisquis. N. temerario quodam impetu et furore uitam suam contempnit aliene fit dominus quo nil posset excogitari miserius. Tali taq̄ atroci ac nefario mortis genere demigratam esse huius Principis foelicitatem non nulli forte optantur atq̄ contendunt. sed longe aliter esse iam ostendam uiros natq̄ uirtute inuictos hominum fraus sola circumuenit que agentem no patientem penitus denigrat. et eo maiori odio digna e quo eius insidie latent sub simulatione officii. nec prius aperit se: q̄ ualde nocuerit quod uulpeculq̄ non generosi leones habetur et e. Magnus ille Alexander qui ob amplitudinem rerum celeriter a se gestarum hamonis filius haberi meruit apud Babylonem non ne feralem aque stygie rigorem insidiante ministro expertus est: Triumphale Pompei corpus no ne fraus egyptia perdidit. Iulius Cesar per omnem fere terraru orbem uictoricibus fortune humeris uectus du Rome Pontifex maximus et dictator sacris de more operaretur non ne amicoru et quod maius est Bruti filii pugione cecidit. Dies

profecto me deficeret si tales exitus clarorum uirorum recensere pergere. Mori certe illis dumtaxat est miserum quibus ciuili iusticia quocunq̄ mortis genere uitam eripit: qui uite sordibus obducti ac tenebris: patria se ac Nates maculant et inficiunt. Mortales geniti nullo consilio Nullis opibus mortem ceruicibus inpendete declinare ualemus. Mortale genus hac lege premitur: ut fini suo non dominetur sed actionibus que cu recte sunt finem quemcuq̄ honestant. At diutius in sua foelicitate uixisse potuit dicit aliquis. Quid queso decem annorum accessio: quid uiginti: quid deniq̄ centum addere potuisset. si profecto ultime senectutis in comoda: si fortune inspiciamus temeritatem que regna que imperia dat et aufert ad libidine. si deniq̄ nocendi mille uias quibus alea humana grafsatur in ipsa foelicitate mori summam foelicitatem esse putabimus quod Hieronymo Principi contigisse quis non uidet. omnia. N. que hic optatur aduotum erat consecutus: et fortunam non aliquando noueram ut pleriq̄: sed indulgentissimam parentem sortitus est. que nil amplexu perpetuo fouere consuevit. et plerunq̄ breuis est cum maxime sauet. ex pudicissima et alti stemmatis coniuge generosam suscepit prole: qua reges qua Imperatores superbirent. Natorum forma parentem posteritas ipsa cognosceret. Paternae aptitudini no nihil propria uirtute adiciet. id enim clara indoles pollicetur. Hic Octavianu. Ille Caesarem ut nomine sic et factis referet quos tanq̄ generosos leonum catulos ad alta quedam decora suspirare iam cernimus. Noue cuiusda nobilitatis auspicanissimu principium posteris reliquit. qua gloria nulla maior in eo cernitur. facilius. N. crescat dignitas q̄ incipiat suos deniq̄ sic ornauit ut illis atra notam ingratum esse non liceat. ex ciue ad principatum ascendit non modo finitimis populis sed regibus etiam formidadu que reru omniu copia sic muniuit ut si arces a fundamentis erectas. si propugnacula si bellorum machinas: et tormenta: si deniq̄ omnis generis apparatus consideres nix parem in Italia reperies: et non paucissimorum annorum opus: sed centum immo mille iudicabis que omnia prudentia principis et magnificencia que summis opibus addit lucem et monimenta erigit sempiterna declarant. Has uirtutes Principe dignas republice fundamentu religio: regnorum et imperioru columen decusq̄ ornabat et pietas qua innumera templorum ornamenta quocunq̄ te uerteris inspicienda commendat. Claram filioru indolem sic diuino cultu imbuebat sic moribus

instituebat et litteris . ut amplissima fortuna digni adulescerent Quo nil
equidem in bonis parentibus duco laudabilius quibus namq; rebus ho
neste studebunt si filiorum educationem neglexerint Quapropter uir
tutum omnium specimen clarissimum . M. Cato studiose filium suū ipse
instituit ut illum ad perfecti uiri imaginem paterna manus effingeret et
se: patriaq; dignus educaretur et surgeret . o uirum triumphalibus titulis
censorio cognomine: ac seculorum memoria dignum cū regitur princeps
Hieronymus id omne quod foelicitatem polincam efficit et aliam hac lot
ge maiorem spectata pietate fuerit coelesti quodam munere adeptus foel
lix merito estimatur . cuius interitum ut miserum profusus lachrymis et
ululatu prosequi non debent supersites . in foelicibus namq; atrox luctus
debetur et squalor . Nostorum foelicitate gaudendū est ne inuidi et mor
talis conditionis ignari potius q̄ casu afflicti esse uideamur . Talis namq;
tantusq; decessit hic Princeps ut eius amplitudo maiorem inuidiam q̄ ca
sus miserationem excitare possit . Violenta quippe fortuna illi nō nocuit
sed nocendi tantum libidine debaccata est cuius uestigis insistentes filii
tanti patris memoriam colite quem uos ita monētem arrectis auribus iā
audite . Cur pauore cōfūderis? cur animos demittis mea progenies? ma
gna tibi certe dum uiuerem maiora etiam casu meo precia comparauī .
Temerarius fortunę imperus qui meum corpus opera proditorū ac frau
de afflixit quanti Mediolanensium Dux inclytus Iohannes Galeatus
Auunculus tuus te faceret: et quid opis: quid p̄sidii haberes quid ue sub
sidii declarauit . Tibi namq; meo interitu laboranti celeriter affuit . et res
gio hęc Aemylia strepitu Armorum: tubarumq; clangore concussa ē .
Quod eorum prostrauit animos qui in tuas fortunas inuadere ac uitam
malo animo cogitabant . ut iam consilium mutare cogantur et tantis opi
bus te munitam exhorreant quam penitus contemnere uidebantur . cru
or ille meus quo perfidi pugiones maduere animum erga te patrum
Presulis huius Amplissimi Nepotis mei plane ostendit . et id omne ape
riens quod abditum penitus uidebatur noua tui principatus ac firmissi
ma fūdamēta iecit et posthac prudenter insidias cauere te docuit pruden
tia meę pudicissime coniugis et animi magnitudo aliter melius decla
rari non poterat . aduersa namq; fortuna quid pensi habeāt: quid ue pos
sint explorat ingenia . Non solum has urbes mea industria tibi compa
ratas uerum latissima queq; regna et dissonos multiplicium populorum

147
mores heroica quadam maiestate componeret . ac sūma prudentia et equi
tate gubernaret . Ne a patris et auorum in omni re prestancia degenera
re uideretur . Ad quorum aplitudinē et clarum decus omnibus gentibus
et nationibus exploratum consurge magno animo consurge mea proge
nies . Tuq; imprimis Ocauiare ad quem et mea hereditas et maiorū imi
tatio potissimū pertinet . Illum spes tuorum maxima illum generoso spī
ritu imitare . cuius nomen fato quodam tibi indidimus . qui patrem in
sidiis circūuentum Apollonię quo ab illo in parthos expeditionem parā
non iusticiam sed clamorem.

27

De destructione gentis iudeorum
propter peccata mortis xpi.

Olim cum obiurgatione ysayas illis pre-
dixerat dicens. Semen pessimorum preparate
filios uestros occisioni. in iniquitate patrum su-
orum morientur. uenientibus enim in iudeam
agentibus pro scelere patrum & filii trucidati
sunt sub quorum persona & Iheremias in in-
teritu eorum ita deplorat dicens. Patres uestri
peccauerunt & non sunt. nos autem iniquita-
tes eorum absoluitus. Item Iheremias pro-
pheta a Iheco iudicio contendam uobiscum
ait dominus & cum filiis uestris disponam.
Quare ergo factus in predam super eum ru-
gierunt leones dederunt uocem suam. posue-
runt terram eius in solitudinem & ciuitates eo-
rum exuste sunt & non est qui inhabitet in eis

28

Christus consputus est
& flagellandus erat.

Job. 17.

Iob de eo dicit. Appuerunt super me ora

sua exprobrantes et conspuentes. percusserunt
maxillam meam. satiati sunt penis meis. Et in
Psalmis ipse dixit. Ego ad flagella paratus sum. ^{ps. 37.}

Et iterum. Congregata sunt super me flagella. ^{ps. 38.}
& ignorauit. Similiter per Ysayam. Dominus ^{ysa. 90. b.}

deus apperuit mihi aurem. et ego autem non
contradico. corpus meum dedi percipienti-
bus. et genas meas uellentibus. faciem meam
non auerti ab increpantibus & conspuentibus
in me. Et per Iheremiam dicit. Posui scapulas ^{hic.}
meas ad flagella. et maxillas meas ad palmas. ^{os. 20.}

Item de ipso ipse Iheremias sic scribit dicens
Dabit percipienti semaxillam. faciabitur ob- ^{ides. Iren. 3.}
probriis. et sustinebit patienter.

29

Christus corona spinea coronan-
dus fuit sicut prophetizatum erat.

Scriptum est in Canticis canticorum ex
persona patris de contumelia iniquitatis Ihe-
rusalem mirantis atque dicentis. Exite uidere
filie syon regem Salomonem in diademate quo
coronauit eum mater sua in die desponsatio-
nis illius. et in die leticie cordis sui. id est co-
ronam spineam quam capiti eius imposuit sy-
nagoga. Sed per Iheremiam idem filius sic
ait. Spinis peccatorum suorum circumdedit me

populus hic & apud ysayam. Plantaui inque
uineam electam & expectaui ut faceret uuas
fecit autem spinas utiq; quia degenerant a pa
triarcharum fructu non fructum iusticie sed
spinas mortis & crucis attulit creatori.

³⁰
Q sanguinem pro nobis fundere debuit.

Pronuntiatur hoc per ysayam prophetā
dicens. Quis est iste qui uenit de edom tinc
tis uestibus de bosra. quare rubrum est uesti
mentum tuum & uestimenta tua sicut calcāti
um in torculari. Et ille respondens. torcular
calcaui solus. Calcate enim torcular se dixit
qui solus propter mundi peccatum passio
nem suscepit solusq; delicta omnium sangui
ne suo lauit.

³¹
Q christus in passione tacuit
& non murmurauit. sed pati
enter sustinuit.

Hoc quotiens prophetizatur. testatur ysa
yas sic enim ait de illo. Tanq̄ ouis ad occisio
nem ductus est & sicut agnus coram tonden
te se obtulit sic non aperuit os suum. Sic enī
in passione Pilato interrogante nihil locutus
est sed i hūilitate iudicium eius sublatum est

De quo ppheta Dñs deus aperuit mihi aurē
ego autem nō abscondi corpus meū dedi pec
tientibus. Et ipse alibi. tacui. silui. nūqd semp
t acebo. Primo enī tacuit ut iudicaret quādo
sicut agnus corā condēte se. fuit sine uoce ne
q; apernit os suū. suamq; cōpescuit p̄tatem in
nouissimo autē sic de eo scribit. Deus meus
ne. d. n. & n. Sic tacuit enim ut iudicaret quō
uenit occultus. nequaq; autē tacebit de iudicio
quādo uenerit manifestus.

³²
Q xp̄s sibi crucē baiulauit uel portauit.

Ysayas p̄dixit. Puer natus est nobis & fac
tus est principatus eius sup humerū eius. q̄
enim regnum potestatis insignia in humero
portat & non aut in capite coronam aut aliq̄
proprie uestis ornamenta sed solus rex seculo
rum christus gloriam potestatis suæ et subli
mitatis in humero portauit, quod etiam ysa
yas figurauit. qui cum a patre hostia ducere
ligna ipse portauit xp̄i. eximiā tunc figurans
passionem qui lignum suæ passiois gestauit.

³³
Nota q̄ christus dominus mansuetus
uenit ad passionem.

Propheta Iheremias ex persona christi pre-
dixerat dicens. Ego quasi agnus mansuetus
qui portatur ad uictimam. & nunc cognoui
quia super me cogitauerunt consilia dicentes
uentite mittamus lignum in panem eius & era-
diamus eum de terra uiuentium. d. f. vi. Hæc
enim que passus erat dominus a Iudeis que si-
bi facta fuissent propheta comédât. Nam qd
est lignum in panem missum. nisi xpi affixio
carnis in lignum. Panem enim corpus xpi ag-
noscimus. Lignum in pane esse fides nostra
christum agnoscit in corpore. quia uita cor-
poris sui panis est. Scriptum est enim. Erit ui-
ta tua pendens ante oculos tuos et timebis
die ac nocte & non credes uitæ tuæ. Et iterum
in Psalmo. Quia extendit manus suas in cru-
ce. Sic dicit elena manus meas. s. n. siueq; ue-
nient quam mundi uespera siueq; declinã-
te iam sole in uespera dominus in cruce ani-
mam posuit. eleuans manus suas in eandem
cruce. atq; offerens deo seipsum. pro nobis
sacrificium. ut per illud sacrificium deleuerent
peccata nostra. Ipse ysayas quoq; de prædica-
tione crucis eius q; suis pertulit. ita scribit. Et
erit principatus eius super humerum eius. id
est uexillum sancte crucis. quod suis pertu-
lit humeris. Iuxta uaticinium Dauid pro

phete. qui dicit. Dominus regnauit a ligno
Abacuc quoque passionem christi ita pro-
nuntiavit. dicens. Cornua in manibus eius q;
quidem est aliud nisi tropheum crucis in quo
exaltatus omnia traxit ad seipsum. Item dicit
dominus. fortitudo mea constitui pedes me-
os in consumatione & super excelsa impones
me ut uincam in claritate eius.

38
Q; christus clauis in manibus
& pedibus perforatus est sicut
fuerat prophetizatum.

Per Dauid ipse loquitur dicens. Foderunt
manus meas & pedes meos & dinumerauerunt
omnia ossa mea. Ipsi uero considerauerunt
& inspexerunt me. Quibus uerbis utiq; in
cruce corpus significabat extensum manibus
pedibusq; confixis & clauorum conuerbera-
tione concessis. Quod Dauid passus non est
qui sine ulla passione corporis legitur in pace
quiescere. Sed hoc de christi passione predi-
ctum est. quia a populo Iudeorum clauis in li-
gno confixus est. Manus enim & pedes cõfo-
diuntur. nisi eius qui in ligno suspenditur.

Item in Canticis canticorum. Manus mee
distillauerunt mirram & digiti mei guttas.

Etiam p Malachiam quia crucifigendus erat idem de semetipso dixit dñs. Si affiget hō de um quia uos cōfixistis me & dixistis in quo cōfiximus te. & subiecit dñs post hec illis. Ve uobis cōfixistis gens tota quod p̄tinet ad misterium dominice passiōis in q̄ Iudei xpm crucifixerūt quādo sceleratas manus iniecerunt ī eum. Quod etiam per Zachariā iterū dñs sic cōmemorat dicens. quod pertinet ad misterium dominice passionis in qua iudei xpm crucifixerunt. & aspicientes eum quē cōfixerunt plāgēt eū q̄si plāct um super unigēitū & dolent super eum ut dolere solent in morte primogeniti. Hoc enim factum deprehendimus in Ihesum quem cōfixerunt iudei ī cruce quē dolebūt a se crucifixum in die iudicii cū uiderint eum in patris ac sua maiestate regnantē.

³⁹
Q̄ xps inter duos latrones in cruce positus est ut dixerat Ysayas.

Longe autem per ysayam predictum est Et inter iniquos deputatus est. Et Abacuc p̄pheta dixit. In medio iniqui & duorum animalium cognosceris. id est ī medio duorum latronum.

183
36.

Q̄ ihesus xpus spoliatus est & super uestem fors missa fuit.

Post crucis sententiam sequitur rerum diuisio & fors super uestem. quam per Dauid idem dominus ante predixerat dicens. Diuiserunt sibi uestimēta mea & super uestem meam miserunt sortem. Que prophetia quēadmodum sic expleta euāgelica narrat hystoria Nam dum uestimēta alia militibus fuisset diuisa: Pro tunica autem dixerunt. non scindamus sed mittamus sortem cuius sit. erat enim omni parte contexta.

37.

Q̄ christus aceto potari debuit.

Hoc iam fuerat ī Psalmo predictum a domino. Dederunt in escam meam fel & in siti mea potauerūt me aceto. Quod quidem ysayas ad Iherusalem ipse sic proclamat dicens. Ego te plantavi uinea mea quō facta es mihi in amaritudine uitis aliena. pro quo & Moyses. uua inquit eorū uua fellis & botrus amarissimus. Vnde & superius obiurgans eos dicit. Sicut plebs fatua & non sapiens hec domino retribuisti.

³⁸
Q̄ xps passus/tollit peccata mundi.

secundum q̄ fuerat p̄phetizatū.

90. In psalmo ⁹⁰ Factus fuerat. i. dictus. asperges me yso & mundabor. lauabis me. & super niuem dealbabor. Vnde & in lege per yso ^{f. 21.} pum fasciculum aspergebantur agni sanguine qui mundari uolebant. quo significaretur per passionem domini peccata abluui mundi.

39.

De titulo posito super crucem. s.

Ihesus nazarenus rex Iudeorum.

Pro quo titulo dixerūt Iudei. Noli scribere regē iudeorū. Respondit Pilatus. Quod scripsi. scripsi. Nam enim in psalmo. xlii. fuerat prophetizatum. Ne corrupas titulo ^{p̄p̄g.} scriptionem. in cuius serie non solum passio uel mors. sed etiam resurrectio & ascensio domini predicatur.

^{20.} Q̄ x̄pus pro suis crucifixoribus orauit.

Ysayas dicit. Ip̄e peccata multorum tulit & pro transgressoribus orauit. Et in Psalmo sic inquit. Pro eo quia eos diligebam aduersabatur mihi. ego autem orabam pro eis. Item Abacuc cum dixisset de eo. in medio duorū animalium cognosceris. Subiunxit cum conturbata fuerit aīa mea in ira memor eris. prefigurauit enim propheta sub hac sententia. In

semetipso p̄sonā iudeorū q̄ x̄pm cōmoti cruci fixerūt. uir tam̄ ille memoratus misericordie sue dixit. Pater ignosce illis quia nesciunt qd faciunt.

^{21.} Q̄ x̄pus ad mortē ductus est sicut p̄phetizatum erat.

Ysayas dicit. Pro iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. dabit impios pro sepultura eius. & iterum. Vulneratus est p̄pter iniquitates nostras. attritus est p̄pter scelera nostra. liuore eius sanati sumus. & iterum. omnes nos errauimus. unusquisq̄ in uiam suam declinauit. & dominus posuit iniquitates in eo omnium nostrum. Iuxta Apostolum qui dicit. Qui cum peccatum non cognouisset ipse pro nobis passus est.

22

Q̄ x̄pus mori debuit secundum p̄phetas.

Post flagella & crucem. felle q̄ & aceti potationem. Deinde sequitur mors eius quā lex non siluit dicens. Occubans dormiens ut leo & cattulus leonis quis suscitabit eū. Clamat etiā eandem mortē eius & lx. ps. Deus noster deus saluos faciet nos. & dñi mors domini exitus. Itē p̄ ysa. Tanq̄ ouis ad occisionē ductus ē. & .s. a. e. c. sic si. nō. uo. sic. n. a. os suum.

Pro peccatis populi sui ductus est ad mortē.
Iudei autem christum quem expectabāt mo-
riturum non sperant. Ideo respondeant quis
est iste quem propheta annūciat. Itē apud
Iheremiam. sic dicit. Inebriamini animam las-
sam & omnes esurientes saturamini. ideo q̄
de somno suscitatus sum & uidi somnus me-
us dulcis est mihi. Daniel quoq̄ angelus de
occisione & morte xp̄i sic loquitur dicens.
Scito & animaduerte exitum sermonis ut ite-
rum reedificetur Iherusalem usq̄ ad xp̄m du-
cem ebdomade septem et ebdomadas. lxxii.
Occidetur christus et non erit eius populus
qui eum negaturus est. Vnde ibi sequitur cla-
dis iudeorum que post cōpleta est & ciuitatē
& sanctuarium dissipabit cum duce uenturo.
romanus exercitus cum Vespesiano. Item in
Sap̄. sic legitur. De morte eius contumelias &
tormentis interrogemus eum ut sciamus re-
uerentiā illius & probemus pacientiam illius
morte turpissima condemnemus eum.

93.
Q̄ in morte xp̄i tenebre facte sūt sup terrā

Hoc iā diuini libri loq̄ Amos pphā testā-
te. Et erit i die illa dicit dñs occidet sol in me-
ridie & tenebrescere faciā sup terrā i die lunis

Et Iheremias. Exterrita est inquit que parturit
in Iherusalem & asdīcta est anima eius occi-
dit eis sol cum adhuc medius esset & confusa
est & maledīcta. reliquias eorum in gladium
dabo. quod factum est per Vespasianum.

92.
Q̄ os aliquod xp̄i non fuit fractum
sicut fuit pphetizatum.

Nam predictum fuerat. Os eius non co-
minuetur. Preceptum enim fuerat eis celebra-
re pascha in ouis similitudinem in qua domi-
nice passionis umbra p̄cesserat. qui tanq̄ ouis
a l occisionē ductus. illa enī figura agni passi-
onem xp̄i significat.

94.
Q̄ lancea xp̄i corpus debuit perforari.

Sicut prenūciatum est ab ipso per Iob
Confregit me & posuit me quasi signum cir-
cumdedit me laqueis suis conuulnerauit lum-
bos meos cecidit me uulnere super uulnus. i.
uulnere lancee super uulnus clauorum. unde
etiam & per Dauid & dolorem super dolorē
uulnerum meorum sic est ab eo prenūciatū.
& per Iheremiam. Tēdit archū suū. i. p me
q̄si signum ad sagittā misit in renibus meis

filias pharetre sue. & iterum de ipso populo
sic ait idē dominus per prophetam. facti sunt
mihi in sagittam reciprocā. & Zacharias.
Videbunt in quem confixerūt. quo etiam te
stimonio promissus est xp̄us in ea qua cruci
fixus est carne uenturus.

²⁶
Q de latere xp̄i sanguis & aqua p̄cesserūt

Zacharias dixit. Tu quoq; in sanguine te
stamenti emisisti uinctos tuos de lacu in quo
non erat aqua. & iterum. Cum egredietur uir
ab oriente. ecce aque redundantes a latere dex
tero. i. a latere xp̄i. Item de eadē aqua q̄ ex late
re eius p̄fluit. p̄phā alius sic dicit. Flumina aq̄
uiuentis egredient̄ de uentre eius: aque. s. bap
tismatis que credētes uiuificauit. que aque li
cientibus largiūt quādo impletur quod scrip
tum est lauabis me & super niuē dealabor.

²⁷
Q xp̄us sepeliri debuit

Per Iheremiam idem ait. lapsa ī lacu uita
mea. & posuerunt lapidem super me. & iterū.
Conclusi uias meas lapidibus quadris circū
edificauit aduersum me. ut non egrediar.
²⁸ Q super sepulchrū eius lapis poni debuit

In Psalmo sic dicit. Collegerūt me in ob
scuro sicut mortuos seculi. quasi diceret. sicut
homines utiq; quia ipse deus erat. Iterum ysa
ye. Erit dominus nominatus in signum eter
num. quod non auferetur. & erit sepulchrum
eius gloriosum. & alibi. Dabis impios pro se
pultura. & diuites pro morte sua.

²⁹
Q xp̄us descendit ad inferos.
sicut fuerat prophetizatū.

Hic idem dominus in ecclesiastico dicit.
Penetrabo omnes inferiores partes & inspiciā
omnes dormiētes & illuminābo omnes sperā
tes in deum. Item in Psal. Vita mea in infer
no appropinquabit & extimatus sum cū de
scendētibus in lacum. factus sum sicut homo
inter mortuos liber. descendit enim sicut ho
mo ī infernū. sed solus iter mortuos liber fuit

³⁰
Q xp̄us dñs eduxit de inferno p̄res n̄ros
Itē p̄ Osee ante ita p̄nūctiauit. Ego inqt
capiā & uadā tollam & nō est qui eruat uadēs
reuertar ad locū meū. i. ad celeste soliu. & ifra
de māu inqt mortis liberabo eos & de morte
redimā eos ero mors tua. o mors ero morsus
tuus inferne.

41.
¶ xps resurrexit sicut fuerat pphetizatū.

Et hoc per prophām idē in Psalmo predixit quia caro mea requiescet in spe quoniā non derelinques animam meam in inferno nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. de q̄ resurrectione & in Psalmo .iii. ita canitur. Ego dormiui & quieui & resurrexi quia dominus suscepit me. Ibi inquit aliud indicat propheta quod dormierit & surrexerit nisi somnus iste mortis est. sed euigilatio est resurrectio quod i xl. psalmo manifeste ostenditur. ubi dixit. tu autem dñe miserere mei resuscita me & retribuam eis. nunquid qui dormierit non adiciet ut resurgat. Item alibi. In pace in idipsum dormiam & requiescam. quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me. singulariter tamen solus sic requieuit ipse ut contestim post mortem resurgeret. Item per Ysayam de eadem resurrectione sic clamat. Tunc exurgā dicit dominus nunc exaltabor & sublimabor ubi aperte testimonio resurrectionis & ascensionis ostenditur. unde & ibi zelum iudeorū subiecit dicens. concipietis ardorem & parietis stipulā spūs uester & ignis deuorabit uos.

42.
¶ die tertia debuit xps resurgere.

Osee predixerat dicens. Venite & reuertamur ad dñm. quia ipse cepit. & sanabit nos. uiuificabit nos post duos dies. in die tertia sciabit nos & uiuemus in cōspectu eius. *Nota q̄* Omnia enim hec in xpo cōpleta sunt. *Nota q̄* Quinta enim feria ē ipse traditus. paratū ē passus. dominica circa diluculum preparatus egressus eorū. q̄ dixit resurgemus & uiuemus in conspectu eius hec ppheta de sua persona uel sanctorū eius alloquitur. qui in inferno erant & cum illo tertia die resurrexerunt.

43.
¶ xps debuit piscatores mittere in mūdū

Per Iheremiam ante memini dicēs. Ego mitto speculatores multos dicit dñs & piscabuntur eos. Deniq; secundū matheū euangelii legit q̄ xps ueniens iuxta mare Galilee Petrum & Andream fratrem eius uidit mittere retia sua in mari. quibus ipse dixit. Venite post me faciam uos piscatores hominum. Similiter & duos fratres Iacobum zebedei & Iohannē fratrem eius dū uidisset in nauicula cū patre Zebedeo texentes retia puocans de piscatione pisciū. piscatores reddidit hoīm. s. p̄dicatores rethe. cūctos credētes de pfūdo scili huius extrahere post hos piscatores emittam

uenatores & uenabunt eos de montibus & col-
libus & de cauernis petrarum quod spaliter ad
conuersationem gentium pertinet quos undique apo-
stoli ceperunt qui per assumptionem constituti
sunt piscatores anime quos quia post gloriam resur-
rectionis sue dominus ad predicandum in gentibus mi-
sit & per ysaiam sic locutus est dicens. uenio in-
quit ut congregem cum omnibus gentibus & linguis
& ueniet & uidebunt gloriam meam & ponam in eis
signum utique crucis & mittam in eis qui saluati fue-
rit & gentes in mare in affrica in libram tenea-
tes sagittam. id est. predicacionis uelocem sermonem In yta-
liam quippe & greciam que ad insulas longe & ad
eos qui non audierunt de me & uidebunt gloriam
meam. in qua sententia spaliter prophetant nisi aposto-
li simulque & per totum mundum predicauerunt
euangelium ad ipsum prophetam non tacerunt. de
quibus etiam in Psalmo ante predictum est. non
sunt loquere neque sermones quorum non audian-
tur uoces eorum. In omnem terram exiuit sonus eo-
rum & in fines orbis terre uerba eorum.

98
De ascensione christi. scilicet. quod celos ascendere
debeuit secundum prophetas.

Daniel dicit. Aspiciebam in uisione noctis. &
ecce in nubibus celi filius hominis ueniebat & usque ad
antiquam diem uenit. id est. ad patrem. post hec adiecit

& in conspectu eius obtulerunt eum. & dedit ei
potestatem & regnum. & omnes populos. tribus & lingue
ipsi seruient. potestas eius potestas eterna que non auferet.
& regnum eius quod non corrumpet. Cuius ascen-
sionem in celis rursum presertim. sic indicat. Ipse tanquam spiritus
suis procedens de thalamo suo exultauit sicut gigas
ad currendam uiam, a summo celo egressio eius. &
occursus eius ad summum eius. ueniens a celo usque
ad infernum descendit. egressusque repetit manum
suam. & ascendens ad sedem patris sui. de quo an-
tea solus exiuit. cuius ascensus in celum. uel introi-
tus. quibus gaudiis declarat. psalmographus
indicauit. uidentes enim potestates & hereditates car-
ne christi ascendente in nubibus in portas celi. &
portas celi egredientem. dixerunt. Tollite portas
principes uestras & eleuamini porte eternales
& introibit rex glorie. quia est iste rex glorie dominus for-
tis & potens dominus potens in principio. tunc ascensum eius
& alibi commemorat dauid dicens. Ascendit super che-
rubi & uolauit super penas ueterum. & ite-
ra. ascendit in altum & captiuam duxit. id est. h. quia
quasi nisi fuisset in terra non diceret ascendit. Sed quod
est captiuam duxit captiuitatem. nisi quia de uita
morte ipsam carnem quam a terris assumpsit. quasi
captiuam in celum ducebat. unum & post hec propheta
hortatur omnes gentes prouocans ad laudem christi eundemque
ascensum eius eiusdem itere sic pronuntians. psallite deo

qui ascendit super celum ad orientem & de lo-
co orientis in partibus est ubi xpus resurrex-
it & in celum ascendit. & post hec subdit: Vi-
si sunt ingressus tui deus gressus dei mei regis
mei qui est in sancto. Videntibus omnibus
apostolis atq; quingentis uiris sic ascendit in
celum. Cuius ascensionem & Salomon in cā-
nticis cā. predicat. Ecce hic saliens super mōtes
& transiens super colles. & Amos dicit. tibi edi-
ficat in celo ascensum suum & pollicitationē
in terra firmavit. Sed & illud per Ysayam do-
minus dicit: Nunc exurgam. nunc exaltabor
& nunc sublimabor testimonium resurrectio-
nis & ascensionis xpi declaratur. quasi aperte
diceret. nunc exurgam a mortuis. nunc exal-
tabor in celo. nunc sublimabor in regno. un-
de & alibi ipse ysayas Ecce intelliget seruus me-
us & exaltabitur & eleuabitur et sublimis erit
ualde. quod utiq; ad ascensionem celi & glori-
am pertinet regni.

99. De xpus ad dexteram dei patris sedet.

In Psalmo scriptum est. Dixit dominus
domino meo sede a dextris meis. Donec po-
nam inimicos tuos scabellum pedum tuorū.
Inquirant ergo Iudei cui dictū est a domino

sede a dextris meis. nunquid archangelo nō
opinor. neq; angelo. neq; prophete. nam nul-
lus hominū in ea gloria est. sed ille quem dig-
no consensu inuisibilis deus habet hic sedem
ad dexteram patris qui cōsensu dei dignus ē
& nomine de quo dicit Psalmus. Regnabit
dominus super omnes gentes dominus super
sedem sanctam suam. Et iterum. Dominus in
celo sedes .s. & .i. id. o. d.

96.

De regnū xpi est eternum & incorruptibile

Daniel. vii. dicit. Videbam uisione noctis Dan 7.
& ecce in nubibus celi quasi filium hominis et eternum
uenientem & usq; ad ^{in fine} uelutūm dierum perue-
nit. & in conspectu eius prelatu^s est. & ipsi da-
tus ē principatus & honor. & .s. & .o. p. & .ter.
& .li. ipsi seruient. potestas eius ptas eterna. q̄
nō auferetur ab eo. & regnū quod nō corrū-
pet. Quo testimonio ostenditur ita excepit
se christum ab omnipotente. & dominatio-
nem. & regnum. & potestas eius eterna sit. &
regnum eius sine ulla corruptione permane-
at. Et iterum idem Daniel. in. d. s. d. celi regē id est.
qui in eternum non cōmouebitur. & regnum
populo alteri non dabit. percutiet. & conteret
uniuersa regna. & ipse stabit in eternum. Et

Ysayas ppheta de eodem. ^{f.} multiplica. e. in. pa
n. e. fi. & in Psalmo sic legitur. Orietur in die ^{ps.}
bus eius iusticia & habūdātia pacis donec aufe
ratur luna. idest usq; ad consumationē seculi.

.97.

Q xpus spiritum sanctum misit.

Dauid ita dicit. Ascendit in altum & cap
tiuam duxit captiuitatem. dedit dona homi
nibus. Post ascensionem enim suam sic misit
spiritum sanctum in quo est omniū plenu
do donorum. De quo per Ioel prophetā nūc
tiat dicens. Erit post hec effundam super om
nem carnem spiritum meum. & pphetabunt
fi. u. & fi. u. gens uos ui. ui. & iu. u. sop. sop.
sed & sup omēs seruos meos & ancillas meas
in die illa effūdā de spū meo. Zacha. Effundā
inquit super dauid & super habitantes Iheru
salem spiritum gratie. Hoc autem pronunū
atum est dicente propheta in Psalmo. In om
nem terram exiuit sonus eorum & in fines or
bis terre uerba eorum. non sunt. zc.

.98.

Q dominus Ihesus christus
uenturus est in fine mundi
iudicare uiuos & mortuos.

Per Ezechiam ita annunūtiatur. Hec dicit
dominus deus. Auferam citharam. tollam co
ronam. nōne hic est qui humiles sublimabit
& secula humiliabit & hoc nondum factum
est donec ueniat cuius est iudicium & tradam
ei. De quo Ysayas. dñs sicut fortis egredie
tur. & sicut uir preliator suscitabit zelum.
uociferabitur & clamabit & super inimicos su
os confortabitur. Tacui semper & silui paciēs
fui. sicut parturiens loquar. dissipabo & ob
seruabo israhel. Hoc ad secundum aduentum
in quo non humilis ut iudicetur sed ut iudi
cet fortis egredietur. Neq; tacebit quomodo
in priori aduentu fecit paciēs erit sicut ī pas
sione carnis sed iudicans uociferabit loquet
ur ut parturiens quia repente. idest pariens erit
corruens. suos hostes est oppressurus. Hoc eti
am testimonio ps. ita docetur ut dicit deus
ma. ne. d. n. & n. Si utiq; quia si in primo hu
militas se aduentum tacuit ad iudicandum.
in secundo dum manifestus uenerit ita uide
licet nō tacebit sed clamabit ut reddat tollat
singulis secundum opera sua. Sequitur Ignis
ante eum ardebit & in conspectu eius tempe
stas ualida. ignis ante eum ardebit ut lignū
fenum stipulam. idest delinquentium. lapi
desq; preciosos. Iustorum probatus est gesta

que dicturi sunt. Transiuimus per ignem & aquam et edu. n. in re. cū. &. de. &. te. d. p. s. cō. il. se. qui or. te. e. super. sa. Et an. c. illud. e. q. d. est ysayas auditam inquit faciet dominus gloriam uocis sue & terrores brachii sui ostendet. in cominatione furoris & flammam ignis deuorantis allidet in turbine & in lapides grandinis. Brachium enim dei est xpus qui in flamma et terrore tempestatis ad iudicandum uenturus est. De cuius iterum iudicio. idem propheta sic dicit. Consurge sicut in diebus antiquis in generationibus seculorum. Nunquid tu percussisti superbum. uulnerasti draconem. hic secundus xpi predicatur aduentus ut ea uirtute confurgat in iudicium & ad separationem bonorum atq; malorum. qua uirtute surrexit in generationibus seculorum. hoc est in principio quando percussit superbum. id est diabolum. ad separandum a bonorum consortio angelorum. De cuius xpi iudicio & Micheas sic loquitur. dicens. Audite montes iudicium domini cum populum suum et cum Iherusalem iudicabit dicens. Popule meus quid feci tibi. aut in quo molestus fui. Responde mihi. Tunc enim iuxta Malachiam. Videbunt & aspicient ad quem confixerunt & plangent planctu quasi unigenitum dolebunt super eum ut doleri solet

in morte primogeniti. dolebunt enim eum a se crucifixum cum uiderint iudicantem in patris ac sua maiestate regnantem. Iob quid ante legem & angelis uirtutibus clarus redimendus se resuscitandumq; deo iudicii qui uenturus est iudicare uiuos & mortuos. presentandumq; prophetica auctoritate annuntiat dicens. Credo enim qd redemptor meus uiuit & in nouissimo die de terra surrecturus sum. & in carne mea uidebo deum saluatorem meum. quem uisurus sum ego ipse & non alius & oculi mei conspecturi sunt reposita est ergo hec spes mea in sinu meo. i. in corde meo. quem. i. deum qui uidendus est in iudicio sicut legimus uidebunt in quem conpuxerunt. quemqdem dicunt in eo loco iudicaturum impios ubi ipse iudicatus est. Iobel propheta testate. Exurgat inquit & ascendant omnes gentes in ualle Iosaphat quia ibi sedebo ut iudicem omnes gentes in circuitu. Namq; ibi pleriq; asserunt futurum iudicium ubi passus est dominus. ysayas pronuntiante. Confirmationem & abbreviationem faciet dominus deus exercituum in medio omnis terre. que confirmatio & abbreviatio potest esse nisi iudicii futuri. Sed ubi sit medium terre illud sedule de passione testimonium dauid ostendit qui dicit. Deus autem rex noster. a. s. o. e. s. in medio terre. Nulla enim alia.

est salus nostra nisi redemptio dñi nostri Ihe
su xp̄i saluatoris & iudicis que in medio ter
re orta est.

49
¶ Iudei excecati debuerunt xp̄m negare
& quicqd de xp̄o fuerat prophetizatum

Pendent omnia ista ex lris hebreor̄. qui
legunt cuncta. sed non intelligunt. om̄ia sig
nata sunt in illis ppheta testate. & erit nobis
uisio omniū sup sermones libri signati quem
si qui dederūt homini litteras scienti. & dicēt
lege. & ille respondebit. non possum. Signatū
est enim. & dabit liber nescienti legere. & respō
debit. nescio litteras. hec sunt ueteris testamen
ti signacula. que filius heres signauit in ocul
nostri cordis. illuminās. sicut scriptum est.

¶ Signa testimoniū. signa legem in discipulis
nostris. habemus enim ad intelligendū xp̄m
ducem. legē. testes. & pphās. ex qbus deitate
& nomē. gentiū quoq; genus & patriā & nati
uitatē. uirtutes. & curatiōes. cōprehēsiōes. pal
mas. flagella. cōspicatiōes. suspēsiōes. fellis et
acetī potatiōem. mortē. sagittā. sepulchrū. in
fernū. icorruptiōem corporis. & resurrectionē
carnis. ascēsiōemq; eius ī celi regnū. atq; iudici
um declaramus.

¶ Quid gloriāz cōtinuaz ad quas
nos p̄ducere dignet. q̄ uet̄z
iudicare uos & mortuos.

60.
¶ Vide cecitatē iudeor̄ cōtentā ī suo talmuth.

Explicit libellus dñi Ysidori Ep̄i de fide
catholica & ueteri & nouo testamto. editus cō
tra iudeos ipios. qui ducti sacrilega cecitate ī
suo talmuth scripserunt & scriptum retinent
& seruāt. & loco quolibet die sabbati recitāt.

¶ q̄ beata uirgo Maria habebat uirū nomē Io
hanā. & cōcepisse nephādo mentiunt. turpi
us ex Ioseph. quem dicunt fuisse hominem
luxuriosum in Iherusalem habitantem. ubi
etiam dicunt Mariam habitare cum uiro pre
dicto. & sic mētiunt sceleratissim. iudei xp̄m
ex adulterio genitum. & etiam tēpore mestru
ali & post christum imposuisse sibi nomē Io
sue. & ipse fecit se uocari Ihesus. Fatentur tam
q̄ in secūdo anno disputauit cū scribis in Ihe
rusalē & mirabant sup doctrina eius. cū ipm
spuriū & ex mestruata natū dānabiliter asse
rerēt. & ibi cōuincit eos in qdā questiōe. quā
de suo Thalmuth. qui apud eos appellatur
Anzechin disputabant de Ietro & Moyse.
Ducens eos ad inconueniens. scilicet q̄ Ie
tro fuit magister Moyse. & sic discipulus su
per magistrum sit. Vel q̄ Moyse non de
disset legem. quod est nepharium apud om
nes. Et mirantes super sapientia illius dixerūt.

¶ Erre locū
¶ q̄ beata uirgo
¶ Maria habebat
¶ uirū nomē Io
¶ hanā. & cōcepisse
¶ nephādo mentiunt.
¶ turpius ex Ioseph.
¶ quem dicunt fuisse
¶ hominem luxuriosum
¶ in Iherusalem
¶ habitantem. ubi
¶ etiam dicunt Mariam
¶ habitare cum uiro
¶ predicto. & sic mē
¶ tiunt sceleratissim.
¶ iudei xp̄m ex
¶ adulterio genitum.
¶ & etiam tēpore
¶ mestruali & post
¶ christum imposuisse
¶ sibi nomē Iosue.
¶ & ipse fecit se
¶ uocari Ihesus.
¶ Fatentur tam q̄
¶ in secūdo anno
¶ disputauit cū
¶ scribis in Iherusa
¶ lē & mirabant
¶ sup doctrina eius.
¶ cū ipm spurium
¶ & ex mestruata
¶ natū dānabiliter
¶ assererēt. & ibi
¶ cōuincit eos in
¶ qdā questiōe. quā
¶ de suo Thalmuth.
¶ qui apud eos
¶ appellatur Anzechin
¶ disputabant de
¶ Ietro & Moyse.
¶ Ducens eos ad
¶ inconueniens. scilicet
¶ q̄ Ietro fuit
¶ magister Moyse.
¶ & sic discipulus
¶ super magistrum
¶ sit. Vel q̄ Moyse
¶ non dedisset
¶ legem. quod est
¶ nepharium apud
¶ omnes. Et mirantes
¶ super sapientia
¶ illius dixerūt.

ipsum esse beth juda. i. māzer uel ex mestrua
ta natus, Sapiētiam autem & potestatem mi-
raculorum dicunt sic acquisiuisse: Fabulantur
enim in templo Salamonis fuisse in quodam
lapide scriptum Xamenaforas, quod cum le-
gisset incōtinenti intellexit omnia. & potuit
omnia facere. q̄a dicūt illud uerbum Xamena-
foras talem uirtutem habere. Sed ut dicunt
Scribe & Phariſei fecerunt fieri quatuor leo-
nes & canes eneos. qui arte magica ī porta tē-
pli latraret. & exeūtes cum illo Xamenaforas
tradiderunt obliuioni ex timōre illoꝝ latran-
tium. unde dicūt q̄ xp̄us in femore inter pel-
lem & carnem posuit illud in carta. ut exiens
si traderet obliuioni. tamen retinet Xamena-
foras. & sic fuit. unde fuit sapiētissimus. & po-
tentissimus in omnibus miraculis. & ideo al-
legabat prophetias. quas. de se dicebat. Dñs
ipse uobis signum. & scripturas. & q̄ Messias
qui de celo descendit. sicut dicit Ysayas. Prop-
ter hoc dabit dominus ipse uobis signum. ec-
ce uirgo concipiet & pariet filium zc. Item
Dauid. filius meus es tu zc. Et illud. Astiterūt
reges terre. zc. Item dicebat Iudeos esse spuri-
os. sicut scriptum est. quia filii fornicationum
sunt. Item fecit miracula. s. claudū quendā &
curuū stare & ire cum illo noīe Xamenaforas

& leprosum etiam curauit. Tunc Iudei addu-
xerunt eum ad reginā Elenam. quā tūc dicūt
regnare in Iherusalem. & accusauerunt illū. q̄
uolebat destruere totū mundū. Ipse autem co-
rā illa allegauit de se scripturas p̄pheticas &
suscitauit mortuos coram ea. & confudit Iude-
os. & fuit magnum scandalum in Iherusalē.
& congregauit bene trecentos discipulos. ut
dicūt. & Iudei nō audētes disputare. miserunt
quendam iudeum iudam. s. scariotis. qui didi-
cit Xamenaforas supradictū. & traxit illi uir-
gam uirilē. & mixit sup ihesum & sic polluit
illū. dum uolarent ambo. & cecidit Ihesus &
p̄didit scientiam & potestatem. quia Xamena-
foras non patitur pollutionem aliquā. & sic in-
firmus factus fuit captus & crucifixus & mor-
tuus iubente predicta Elena.

FINIS

*Maledicti hoc credentes. et ma-
liti sunt ipsi et p̄dosi.*

Iosephus quem iudei yoceson bengorion uocant li. xviii. antiquitatū. c. xiiii. describēs tēpus iperii tiberii cesaris sup orbē & pylati eius procuratoris in iudea / postq̄ trāstulit imaginē Tiberii in cesaream de xp̄o sic testificat. cui concordat Eusebius de ecclesiastica potestate li. i. c. xiiii.

EPISTOLA. Fuit isdem temporibus

De Statura christi.

Apparuit istis temporibus & adhuc est homo magne uirtutis (noīatus xp̄s Ihesus. q̄ dicit a gētibz propheta uirtutis. que eius discipuli uocāt filium dei) suscitās mortuos & sanās languētes. hō quidē stature p̄ceris medio cris & spectabilis. habēs uultū uenerabilē. que intūēs diligere possit & formidare. capillos habēs nucis coloris auellane p̄mature et planos fere usq̄ ad aures. Ab auribus uero crines aliquantulū crispōs ceruliores / ab humeris uētilātes & fulgentiores discrinōs habens capitis ī medio iuxta morem nazarenōz. planā frontē cū facie sine ruga & aliqua macula / serenissimā quā moderatus color uenustat. nasi / orisq̄ nulla est p̄rsus reprehensio. barbā habēs īpuberē & copio. am capillū cū colore nō lōgā: sed

medio bifurcatā. aspectū hñs simplicēq̄ maturū. oculis glaucis uariisq̄ claris existētibz. in ī. in p̄cipa. ^{oc. / t̄m} crepatione: terribilis in admonitiōe: blandus. in admo. ^{oc. / t̄m} & hilaris. seruata grauitate. qui nūq̄ ridere uisus est. flere autem sic: in statura corporis rectus & p̄pagatus. manus hñs & brachia uisus delectabilia. in colloquiis grauis & modestus. iater filios hominū speciosus. Hec ille.

Epistola Pilati de nece dñi n̄ri Ihesu ad Claudium missa impatorem.

Pontius Pilatus Regi claudio. S. p. Nup accidit q̄d & ipse p̄bauit iudeos per iuidiā. ^{9. 9.} se suos q̄ posteros crudeli dānatiōe p̄misit. Cū enī haberēt eoz p̄res p̄missionē q̄ deus eoz illis ^{p. 92} mitteret de celo sanctū suū q̄ rex eoz merito ^{sta. dei pat̄bz / x. 2. promiss.} diceret: Hūc secūdū p̄missionē iter nos misit de uirgīe natū, me itaq̄ ī iudea p̄sidēte: Cū audisset hūc iudei / cecos illum iasse: leproso mūdasse: paraliticōs curasse: demonē ab hominibus fugasse: mortuos suscitasse: imparasse uentis: siccis pedibus sup undas maris ambulasse: & m̄lta alia miraculoz signa fecisse: Et cū m̄lti de populo iudeoz hūc filiū dei credidisset: inuidiā contra eū p̄cipes sacerdotū passi sūt & scribe phariseoz. & tenentes eum tradiderunt mihi p̄cludi. & alii p̄ aliis mentiētes illū ^{sta. dei / Al. 2. xi}

magū esse dixerūt. & cōtra eorū legem facere,
Ego autē eorū uerbis credidi. & eorū arbitrio
illū flagellatū tradidi. Illi uero in ligno eum
crucifixerūt. & mortuū sepelientes: custodes
p̄torii mei milites posuerūt. & signantes mo-
numentum: abierūt. Ille autem a mortuis ter-
cia die resurrexit. Intantū deniq; exarsit iude-
orum iniquitas. ut militibus meis darent pe-
cuniam dicentes. Dicite quia eius discipuli
corpus ipsius nocte furati sunt. milites autem
cum pecuniam accepisset. nec tacere potuerūt.
factū, qđ fuerat. sed de sepulchro resurrexisse
testati sunt. & a iudeis se pecuniam accepisse. &
ad dicendū cōtrariū. Ideo suggero regi. ne qs
tibi ueritatē scienti mentiat. & ne estimes me
credere mendaciis iudeorū. Potestati tue om-
nia (que gesta sunt de Ihesu in pretorio meo)
notifico per presentes. & Vale. Hæc reperta
sunt in annalibus romanorum.

De statura xp̄i Octauiani temporibus ce-
saris ex uniuersis mundi partibus illi qui pro-
uinciis p̄erāt senatoribus scribebāt qui rome
erāt de nouitatibus q̄ occurrebāt p̄ mūdi cli-
mata. Quidā Lentulus noīe ī partibus iudæe
Herodis regis hñs officiū senatoribus de xp̄o
scripsit. & hoc ē in annalibus Romanorum.

EPISTOLA. Apparuit istis temporibus.

Iosephus (quem iudei. ut supra.)

Fuit isdem temporibus Ihesus uir sapiēs
si tamen eum nominati uirū phas est. Hic erat
mirabilium effector operum. & eorū doctor
hominum. qui que uera sunt libenter audiūt.
& multos quidem iudeorum. multosq; etiam
ex gētibus sibi adiunxit. Messias hic erat. hūc
ad primorum nostre gentis uirorum accusati-
onem cum pylatus in cruce agendum esse de-
creuisset. non defuerunt qui ab inicio eum di-
lexerūt. Apparuit enim die tertia iterum ui-
uus secundum qđ diuinitus inspirati prophe-
te uel hec. uel alia de eo innumera miracula ef-
te futura predixerant. sed & in hodiernum cri-
stianorum diem (qui ab ipso nuncupati sunt.)
& nomen / genusq; perseuerat. Hec ille.

Legitur de beato ysidoro in officio suo in lectionibus officii matutinalis inter alia de eiusdem Ysidori factis. In secunda lectione.

Mira res. quadam nocte dominice natiuitatis existens Ysidorus in horis matutinalibus apud Yspalensem eccliam subito Romam adiit & beatum Gregorium (qui eadem nocte eidem horis insistebat) uisitauit. qui cogaudes eide ac ipse spiritu diuino cognoscens amplexatus est in persona familiaris fratris sui Leandri. Refectus igitur beatissimis uerbis: ysidorus ad yspalensem eccliam est reuersus inueniens quos dimiserat idem officium matutiale celebrantes. Cumque Ariana heresis in toto Gotthorum regno acrius incaleceret: mortuo Leonigildo beatus ysidorus palam arguens dictam heresim ad palmam martirii peruenire anhelabat.

Cernens igitur beatus Leander admirabile constantiam ysidori: nesciens quo ductus spiritu in cella adolescentem ysidorum incluserat. quod tam pius rex quam multae ecclesiae prelati multum peregrinos dicebant non debere talem lucernam sub modio ponere. sed super candelabrum. Sed nec regis: nec aliorum uocibus beatus leander cessit: ipse sciebat qui fecerat. beatus. Recaredus iuxta cellam beati ysidori frequenter assidebat. Congregato magno consilio si

dem catholicam cum baronibus. Recaredus professus est & etiam confirmauit.

Igitur beatissimo Leandro infirmitate mortis grauato iubet ysidorum educere de cella solarii ac benedicendi gratiam. ut se se suis meritis committeret. Sed sanctus ysidorus uenientibus ad se tale dedit responsum. Scitote fratres me ab hac cella minime egressurum quod diu frater meus in hac peregrinatione extiterit. Ipse enim hoc proposito sacramenti firmavit. Igitur in celestem gloriam beatus Leandroposito. Sanctus ysidorus in pastorem eligitur. & a rege & a populo cella dirumpitur. & dei famulum ad eccliam perduxerunt.

Coactus sanctus ysidorus cessit. & sic antistitem yspalensem uenerabiliter est receptus. cuius electio beato Gregorio summo pontifici presentibus solemnibus presentatur. Quam suscepit cum gaudio & ipse confirmavit. dirigens sibi pallium cum honore per totam yspaniam permatie. Quatus sanctus ysidorus fuerit constantis: humilis: patiens: benignus: & cunctis uirtutibus insignitus: nullius lingua sufficeret ad narrandum. Construxit etiam monasteria ubi clericorum ac scholarium colligebat multitudinem ut insisteret scolasticis disciplinis. Ordinauit ut nullus scholarium per quadriennium a monasterio exiret. In quorum collegio fuit beatus Illesonius. & multi alii nobiles.

Cumq; sanctus Presul appropiaret ad
 yspalensem ciuitatē factus est cōkursus utrius
 q; sexus. s. scolariū: clitor: monachor: laicor:
 cū ymnis & laudibus & gaudio. Concurrēti-
 bus omnibus igit: ut facti patris tāgerēt sim-
 brias ex cōpressiōe turbiū quedā mulier preg-
 nās extitit suffocata. Quod cernens dei famu-
 lus inter lacrimarū inundatiōes tacitus orōnē
 fudit. Post modicum spaciū surgēs mulier uo-
 ce clara dixit. Benedictus tu pater ysidore q̄
 tuis oratiōibus tā me q̄ fetum meum a mor-
 te temporali & eterna liberaſti. Retulit omni-
 bus astantibus. q̄ ut & ipsa & fetus. defuncti
 sūt anime iporū deferebant ad infernū. audita
 est autē uox. Reuertantur anime in corpora.
 quia amicus noster ysidorus orat p̄ eis. Mul-
 ta de uera caritatis exercuit. puellas pau-
 peres. matrimonio cōiungēdo. ac captiuos
 redimēdo. tot autē uirtutū & donis mira-
 rum fulsi insignis. ut si oēs arcus hoīm uerte-
 rētur in linguas nō sufficerēt ad loquēdū.

Registrum rolitorum.

Liber	miracula	in morte
uirtus	nantiū	& leprofus
ego	Q̄ Ihesus	
patrem	& iheremias	

1. q̄ x̄i d̄i p̄ n̄re gēntiū
2. q̄ sine t̄p̄e messabb̄ d̄i a p̄d̄ ab et̄no gēntiū
3. q̄ x̄i sit uerū d̄i et d̄omiū
4. q̄ s̄i d̄i p̄tre et eḡ. s̄i p̄ n̄re x̄i. Quom sit unū cōt̄re
5. q̄ i d̄o sup̄ tres p̄ n̄re cōt̄re.
6. q̄ ch̄ristū s̄i d̄i homo factū ē.
7. q̄ ch̄ristū Iesus uocari debuit p̄ scriptas
8. q̄ de Semme abrahe origine duxit.
9. q̄ ex t̄bu Juda traxit origine x̄i.
10. q̄ ex stirpe dauid x̄i sit natū.
11. q̄ de uirgine nasci debuit. nō ex uirili semine.
12. q̄ x̄i s̄i bethleem nasci debuit p̄ p̄phetas
13. q̄ stella d̄mōstrante claruit eū natiuitas p̄ p̄phetas
14. q̄ Reges vel magi x̄i natū adorare debuerant.
15. q̄ nō oleo n̄re. s̄i. s̄i. x̄i a d̄o unctū ē.
16. q̄ pauper pro nobis factū ē x̄i
17. q̄ de uirgine x̄i et miraculis p̄ p̄phetas.
18. q̄ x̄i d̄i uisibilis i corpore hoīb̄ apparuit.
19. q̄ perfidi iudei x̄i negatum erant.
20. q̄ perfidi iudei cōuenerūt ad m̄ficiendū ch̄ristū
21. q̄ uenundatū ē x̄i
22. q̄ traditū fuit x̄i
23. q̄ sponte se morti obtulit x̄i pro nob̄.
24. q̄ x̄i captū esse debuit.
25. q̄ x̄i iudicandū erat ad mortē
26. q̄ p̄ falsos testes condemnandū erat
27. q̄ clamauerūt p̄ fidi iudei cōt̄re. Cruafige. s̄i p̄phetatū erat
28. q̄ de destructione gentis iudeorū propter p̄tā mortē x̄i.
29. q̄ x̄i conspuit ē. et flagellandū erat.
30. q̄ x̄i Corona spinea Coronandū fuit. s̄i p̄phetatū erat.
31. q̄ Sanguis p̄ nob̄ fundē debuit
32. q̄ x̄i in passione tacuit. et nō murmurauit. s̄i patēt sustinuit
33. q̄ x̄i sibi crucē baiulauit vel portauit.
34. q̄ x̄i d̄nḡ/ mansuetū uenit ad passionē.
35. q̄ x̄i clauis i manib̄ et pedib̄ perforatū ē. s̄i fuit p̄phetatū
36. q̄ x̄i p̄t̄ duos latrones in cruce positū ē. ut dixit ysayas.
37. q̄ x̄i spoliatū ē. et sup̄ uestes sorb̄ missa fuit.
38. q̄ x̄i aceto potari debuit
39. q̄ x̄i passū tollit p̄tā mundi.
40. q̄ de titulo superposito crucez. s̄i. Iesū Nazareni Rex iudeorū.
41. q̄ x̄i pro suis crucifixorib̄ orauit
42. q̄ x̄i ad mortē ductū ē. s̄i p̄phetatū erat
43. q̄ x̄i orari debuit p̄ p̄phetas
44. q̄ i morte x̄i tenelme facte sūt sup̄ terrā
45. q̄ ob aliquod x̄i nō fuit fractū. s̄i p̄ p̄phetatū
46. q̄ Lanca x̄i corp̄ debuit perforari.
47. q̄ de latere x̄i Sanguis et aqua p̄cesserūt
48. q̄ x̄i Sepeliri debuit.

39. q̄ x̄ descendit ad inferos. sic fiat p̄phetizatu
 40. q̄ x̄ dñs eduxit de inferno patres nostros
 41. q̄ x̄ resurrexit sic fiat p̄phetizatu
 42. q̄ die 3. debuit x̄ resurgere
 43. q̄ x̄ debuit peccatores mittere in mundum.
 44. q̄ x̄ oculos a se dē debuit p̄phetias
 44. q̄ x̄ ad dexteram dei patris sedet
 46. q̄ x̄ Regnum est eternū et incorruptū
 47. q̄ x̄. sp̄. misit
 48. q̄ dñs Iesū x̄ ventū ē in fine mudi. iudicare vivos et mortuos.
 49. q̄ p̄fidi iudei exccati debuit x̄ negare. et q̄ q̄d de x̄ fiat p̄ph̄
 50. de quada p̄fida p̄fidoꝝ iudeoꝝ cecitate adhuc ī eoz talmutib̄ ḡt

in h̄
 §